Patet maior. quia sicut habēs organum tactus cognoscit omnia illa que nata sunt cognosci per organum illud. Ergo quicūqz habet aliquod organum alicuius exterioris sensus ꝓgnoscit omnia sensibilia que nata sunt cognosci per sensum illius organi. cum igitur non sint nisi quinqz genera propriorum sensibilium. sequitur q̄ non sint nisi quinqz exteriores potentie sensitiue ponende. primum assumptum patet. quia omnes qualitates tangibiles sunt note ex determinatione philosophi in scdo de generatōe. sicut sunt calidū frigidū humidū z siccū. Gueleue durū molle aspez z leue z cētꝰ. Sed quicūqz habet

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

aliquod organum tactus percipit omnia talia sensibilia

Minor probatur. quia si essẽt aliquis alius sensus exterior respectu cuius sensibilia communia essent propria tunc oporteret q̃ communia sensibilia nõ sentirentur ab istis sensibus nisi per accidens. Tenet ꝛ sequentia. quia quandocũq̃ aliquod sensibile est proprium vnius. tunc respectu alterius est solum per accidens sensibile Sicut patet de dulcedine lactis. quia illa est per accidens visibilis. eo q̃ accidit alicui per se visibili scz colorato. Et inde est q̃ sensibile per accidens dicitur dupliciter. quia aliter cleon est sensibile per accidens ⁊ aliter dulce vel album. Constat autem ex supradictis q̃ sensibilia communia sunt. sensibilia per se Conclusio patet. quia vna via est ex numero obiectorum ⁊ conditione organi quod ꝛgnoscit omnia ad ipsum pertinentia. Secũda via est ex modo immutationis sensuum a sensibilibus. quia quedam est immutatio p̃ contactum sine extraneo medio. sicut ẽ immutatio tactus ⁊ gustus. Alio modo immutatur sensus p̃ medium extraneum. ⁊ cum alteratione sensibilis sicut odor immutat sensum cum aliqua resolutõne odorabilis. Aut cum motu locali. ⁊ sic sonꝰ immutat. Aut absq̃ immutatione sensibili per solam spiritualez immutationem medij ⁊ organi. Tercia via est ex parte sentiẽtium. nam sensatio ordinatur ad bonum ipsorũ animalium. ⁊ per consequens omnia perfecta animalia debent habere omnes sensus exteriores Et cum quilibet sensus requirat organum. nec sunt plura organa in animalibus perfectis q̃ quinq̃. ergo sequitur q̃ non sunt ponẽde plures exteriores potentie sensitiue q̃ quinq̃. Correlarium ꝓmum. ad destructionem sensibilium communium et propriorum: fuit conueniens fieri pluralitatem sensuum. Patet quia si esset solus visus tunc nõ fieret distinctio inter colorem ⁊ magnitudinẽ. q̃ semp ꝛsequunt se inuicem. ⁊ ergo visus distinctõem nõ ꝓpenderet Correlarium secõm. Quatuor elemẽta: diuersimode concurrunt ad organa sensuum exteriorum ꝛstituenda. Patet correlarium primo q̃ omnia ꝛcurrant. q̃ in quolibet mixto ꝛcurrunt quatuor elemẽta vt hic supponit. sed organa sensuum ꝓtinent ad naturã mixtorꝫ. igitur Sed q̃ diuersimode ꝛcurrunt. quia ignis ⁊ terra non possunt cõstituere illa organa a dominio. nõ ignis qui est vehementer actiuus. sed ꝛditio sensuum est magis de natura passiuorum. eo q̃ sensus est virtus passiua. Neq̃ terra. q̃ sensus recipit formas sensibilium immateriaiter. sed si terra dominaret tunc ꝓhiberet talem ꝓceptõem. ⁊ ergo plãte ⁊ ossa propter nimiam terrestreitatem nõ sentiũt. Est tamẽ verum q̃ gustus ⁊ tactus magis declinãt ad naturam terre q̃ alij sensus. ⁊ ideo sunt inferioris pfectõis in ordine sensuum. Sed alia duo elementa concurrunt per dominiũ ad constitutionem organorum sensuum exteriorum qui sentiunt per media extranea. quia visus ponitur de natura aque. auditus de natura aeris. ⁊ olfactꝰ de natura aeris vel aque. Dicit autem notanter sensuũ qui sentiunt per medium extraneum. quia de gustu ⁊ tactu non est opus facere mentionem. ex quo tanq̃ sine medio extraneo habent suam immutationem. Ad rationes. ad primam dicitur q̃ nõ omnia accidentia sunt p̃ se sensibilia. sed sole qualitates de tercia specie qualitatis a quibus alterantur sensus. Ad secundã dicitur q̃ sensibilia cõmunia nõ alterant sensum p̃ se ꝓmo. sed ratõe sensibilis proprij ⁊ p̃ alterum. ⁊ ideo distinctio eorũ nõ facit distinctionem sensuum.

Queritur secũdo

Utrum preter quiq̃ sensus exteriores: sint ponẽde tm̃ quatuor interiores sensitiue vires. Pro parte affirmatiua est philosophus in littera qui ex triplici apparentia probat q̃ necesse sit ponere aliquos sensus interiores. Prima est ad ponẽdum differẽtiam inter sensibilia diuersorum sensuum exteriorum. s. q̃ album differt a dulci. Secunda quia nõ solum sentiũtur exteriora sensibilia. sed etiam actus sentiendi exteriorum sensuum. quod fit per sensum interiorem. Sicut animalia vident colorem ⁊ percipiunt se videre colorẽ Tercia est. quia habemus cognitionem de exterioribus sensibilibus non solum in eorum presentia sed etiam in eorũ absentia. quod nõ ꝓt fieri p̃ sil̃es sensus exteriores. ergo necessarium est ponere aliquos sensus interiores. Sz q̃ sint tm̃ quatuor. scz sensus communis. ymaginatiua. estimatiua. ⁊ memoria. patet autoritate sancti Thome q̃ iudicat superfluum ponere fantasiã sensum ab alijs distinctum. quia isti quatuor sensus sunt principia omniũ operationum que sunt necessarie ad vitam animalis pfecti presuppositis sensibus exterioribus. Pro parte negatiua arguitur. quia commune non distinguitur cõtra p̃ prium. ergo sensus communis non debet poni distincta potentia. Secundo sic. fantasia videtur esse potentia interior nobilissima ab alijs distincta. igitur. Antecedẽs ꝓbatur. q̃ habet distinctam operationem q̃ est cõponere et diuidere formas ymaginatas.

Maior. Preter sensus exteriores sentiẽtes per se sensibilia: ponendus est duplex interior sensus tanq̃ interior potentia cognitiua.

Minor. Preter has duas vires cognoscitiuas: necesse est ponere duas alias potentias reseruatiuas Cõclusio. Ad interiores actiones anime sensitiue saluandas: oportꝫ ⁊ sufficit ponere q̃tuor sensitiuas potẽtias

Maior patet. quia oportet ponere sensum commumẽ et virtutem estimatiuam. licet differẽter. quia sensus cõmunis ponitur ad cognoscendum ꝓuenientiam ⁊ differentiam inter sensibilia sensuũ exteriorꝫ ⁊ ad iudicandum de actibus sentiẽdi sensuum exteriorum. quia ad dictas operationes nõ extendit se aliqua potentia sensitiua exterior. quia pro regula tenendum est q̃ ponere conuenientiam aliquorum aut differentiam ꝓtinet ad eum qui habz cognitionem vtriusq̃. Sed virtus estimatiua ideo ponitur. quia videmus q̃ animalia fugiunt vel prosequuntur ea que nõ immutant sensus exteriores. neq̃ eas delectant vel contristant. sz propter aliquas cõmoditates vel nocumenta. Verbi gratia ouis videns lupum fugit nõ propter indecentiam coloris aut figure. sed quasi inimicum nature. Et similiter auis colligit paleam non quia delectat sensum. sed quia est vtilis ad nidificandum. ex quo manifeste apparet q̃ oportet ponere vnum sensum interiorem cognoscentem intentiones elicitas a sensibilibus sensatis per sensus exteriores. sicut ouis videns lupum elicit speciem inimicicie. ⁊ videns agnum elicit speciem amicicie. Et talis sensus est virtus estimatiua in brutis. que vocatur cogitatiua in hominibus.

Minor patet. quia oportet ponere ymaginatiuam cuius est reseruare species sensatas per quas cognoscit

sensus communis. etiam in absentia sensibilium. quod nequaq̃ posset esse nisi poneretur aliqua virtus reservatiua formarum impressarum ab exterioribus sensibilibus. Secundo oportet ponere memoriam que reservat illas ymagines per quas virtus cogitatiua cognoscit. Q; aut ille due vires distinguunt̃ a prioribus. pt̃z ex differẽtia organorũ. qz dispositio organica in apprehensuis debet esse mollis z humida. vt faciliter recipiat z nõ diu retineat. econtra in retentiua dz esse sicca z dura vt forme sibi impresse possint sibi fortiter inherere Conclusio cũ eius declaratõe colligit ex maiore z minore Correlarium primũ. Cuius pdicte qtuor potentie in hoibus z brutis ꝓueniant spẽ: tñ earum operationes in hoie sunt maioris eminẽtie. Patz pma pars. qz sicut visus respicit colorez rãq̃ obiectũ. ꝓpter quod in oibus aialib̃ visus ponitur eiusdẽ spẽi. Et sicut sensus cõis cũ ymaginatiua sibi cõiuncta respicit. p obiecto sensibilia sensuũ exteriorũ. sic etiam z alie due potentie interiores respiciunt intentões elicitas ex sensatis p sensus exteriores. z ita ꝓueniunt in ratione obiecti in pfectis aialibus in q̃bus iste potẽtie inueniunt. Secda pars patz. qz in hoie ista secda potentia cognitiua vocat cogitatiua z aliquid ꝓcipit de rõe. Et hinc est q a pho solet vocari ratio ꝑticularis. iuxta regulaz q̃ dicit q in his q̃ seinuicem immediate ꝓsequũtur submã inferioris ꝑticipat ea que sunt de infimo superioris Unde aialia brura ꝓcipiunt huiusmodi intentões solũ quod ã naturali instinctu. hõ autem ꝓcipit hmõi intentiões per quandã collatõez. z ideo vocat estimatiua in brutis z cogitatiua in hoibus. Tũ secũdo. quia hmõi virtus in hoominibus cognoscit indiuiduũ fm q est sub natura cõiuz in bruto illa virtus non iudicat de aliquo. nisi fm q est principium vel terminus sue actionis vel passionis. sicut ouis nõ iudicat de hoc agno fm q hic agnus. sed fm q est ab ea lactibilis. z iudicat de hac herba fm q est eiꝰ cibus. Sil'r patz de potẽtia memorativa. qz hõ non soluz habet memoriã in subita recordatõe sicut cetera aialia. sz etiam habet reminiscentiã q̃si syllogistice inquirẽdo ꝑteritorũ memoriã fm indiuiduales intentões Correlariũ scõm. nõ oportz ponere aliquã potẽtiã istarũ mediaz: q̃uis hoc plures defendãt sequentes Auicennã. ptz qz Auicenna ponit potẽtiã mediã inter sensum cõem z cogitatiuã que cõponit z diuidit formas ymaginatas. sicut ex forma ymaginata auri z forma ymaginata mõtis componimus vnã formam aurei montis quẽ nũq̃ vidimus. Sed quia illa operatio nõ apparet in animalibus alijs ab hoie. ideo nõ oportet ponere aliquã aliam virtutem preter dictas quatuor potentias sensitiuas interiores. et ergo fantasia nõ distinguitur realiter a cogitatiua in hominibus. nec habet obiectum distinctum. q̃ nullo modo erit potentia distincta Correlarium tercium proprium organum potentiarum sensitiuarum interiorum: est ipsum cerebrum. Patz dupl'r. pmo per experiẽtiam anthonomie. quia omnes sensus exteriores p quosdam neruos continuantur cerebro. z ergo sicut sensationes exteriorum sensuum sunt in proprijs organis quinq̃ sensuum. ita actiones anime sensitiue interiores complentur introrsus in ipso cerebro Patet secundo. quia ille potentie non possunt poni in corde propter eius nimium calorem. videmus enim q si cerebruz sit superius calefactum. ita q fiant commotiones humoruz in cerebro tunc homo est inutilis ad actiones potentie cognitiue. ergo relinquitur q sint in cerebro diuersimode disposito in cuius conseruatione natura est sollicita. Unde sensus communis ponitur in dextera parte anterioris ꝑtis cerebri. cuius organum est molle z humidum. Et eiꝰ reseruatia que dicitur cella ymaginaria ponitur in sinistro latere anterioris partis cerebri z magis est sicca z dura. vt sit bene retentiua Sed ipa estimatiua siue cogitatiua ponitur in medio cerebri. z huiusmodi organum est spiritualioris complexionis q̃ sit dispositio ꝓmaꝛ potentiarum. Deinde in posteriori parte cerebri ponitur custos intentionum elicitaꝛ a cogitatiua. z dicitur memoria cõmuni nomine Ad rationes. ad primam dicitur q sensus communis nõ dicitur communis respectu particularium p predicationez. sed per causalitatem. quia est cõmune principium ipoꝝ. z tale commune distinguitur contra proprium Ad secundam quid sit dicenduz patet ex secundo correlario.

Quoniam autem duabus differentijs.

Querit primo. Utrum intelligere z sentire: sint idẽ actus z eiusdem potentie Pro parte affirmatiua z falsa arguitur duplici autoritate z duplici ratione. Prima autoritas est Empedoclis dicentis q voluntas ad presens augetur in hominibus z in alijs animalibus que z eis semper prestat altera z altera sapere. Secũda est Homeri dicentis. talis est intellectus in terrenis hominib̃ qualem in die educit pater virorum deorũq̃ sez sol. Ex istis enim videtur q intelligere fiat per organum corporeum sicut sentire. quia subiacet influentie celi. Prima ratio. sensus cognoscit. intellectus cognoscit. ergo intellectus est sensus. Secũda ratio. simile simili cognoscitur. sz anima cognoscit oia corpora. igitur est composita ex omnibus corporibus. z per consequens potentia intellectiua est organica sicut sensitiua. et sic inter illas non erit differentia.

Maior. Intelligere contingit nedum vero sed z falso: quod nulli inest cui non z ratio.

Minor. Sensus qui circa proprium sensibile semper est verus: omnibus inest animalibus Conclusio. Igitur intelligere z sentire actus realiter distincti: excedunt facultatem eiusdem principij

Patet maior per philosophum in littera qui eã quasi in forma pouit. possit tamen probari per habitus intellectuales. quia quidam sunt habitus quibus non cõtingit assentire falso. sicut sunt prudentia z scientia. Alijvero sunt habitus quibus cõtingit assentire falso sicut opinio et suspicium. Et quia habitus non excedunt potentiam sequitur q intellectus posset quandoq̃ intelligere recte z quandoq̃ non recte. id est quandoq̃ vere z quãdoq̃ false. Sed q intelligere insit solum illis quibus cõuenit ratio. patet quia inest solis hominibus et animalibus rationalibus Minor vt iacet in forma est philosophi in littera. Conclusio probatur. quia illa distinguuntur realiter z requirunt diuersa principia que possunt ab inuicem realiter separari. sed intelligere z sentire realiter separantur. quia sensus inest omnibus animalibus. intellectus autem est tñ in hominibus. igit̃ Ad autoritates et ad rationes quid sit dicendum patet ex declarationes textus

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Queritur secūdo Utrū diffinitio Aresto. quā dat de fantasia: sit vera ⁊ sufficienter assignata Pro parte affirmatiua sufficit autoritas phi in lrā. q̄ post multa q̄ negat de fantasia ꝓcludit q̄ fantasia est motus a sensu fm actū factus. i. est q̄dam potētia vel habitus cuⁿ opatio vocat motⁿ. ⁊ spēali vocabulo ōr fantasiatio cāta circa fantasmata q̄ p̄ supponūt in sentiente sensum fm actū

Sed p̄ pte negatiua arguit. q: si diffinitio esset bona sequeret q̄ videre eēt fantasia. q: est motus factus a sensu fm actū Secō sic. fantasia est potentia que identificatur cum virtute cogitatiua. ergo male dicit q̄ sit motus vel operatio.

Maior. Diffinitio quā dat Arestoteles de fantasia: pt eē quedā descriptio de interiori habitu ⁊ potētia sensitiua **Minor.** Hec explicat fantasie ꝓprium actū: quē habet ex affinitate ad sensum **Conclusio.** Cū igitur potētie notificent p̄ actus: bn̄ diffinit fantasia q̄ ē motus a sensu fm actum factus.

Patet maior. q: sensib⁹ exterioribⁿ factis in actu ꝓnter transmittunt spēs sensibiliū ad potētias interiores ⁊ ibidē reseruant in absentia exterior̄ sensibiliū. ⁊ inde est q̄ hmōi spēs fm aliquā multitudinē collecte hnt ratōēz cuiusdam habitus. Et ipse potētie interiores in absentia sensibilium pnt hmōi spēs ⁊ fantasmata ad inuicē ꝓponere vel diuidere nō iudicando. ⁊ tunc dicunt fantasiari. Et ḡ qn̄ Aresto. dicit q̄ fantasia est motus factus a sensu fm actū nō aliud intēdit nisi q̄ ex motiōe exterior̄ sensuū transmittunt quedā spēs p̄ quas mouent vires interiores. ⁊ ex hmōi spēbus ipse vires interiores pnt ꝓcedere in actū fantasiandi. i. ꝓponēdi vnū fantasma cū alio. nō tn̄ aliq̄d iudicādo. sed aliq̄ simul ꝓhendendo. Et hec ē clara mens Henrici gorycken q̄ hanc ꝓpōem q̄si in forma ponit ⁊ eā sic declarat. Sed tn̄ phs magis videt loqui de fantasia inquantū est opatio quā etiā p̄ opatione diffinit. vt ptz clare in copulatis. **Minor** ptz. q: ꝓprⁿ actus fantasie est fantasiatio. ⁊ causat a q̄busdā apparentib⁹ q̄ dicunt fantasmata. Et ille actus est q̄dā motⁿ posterior causatus ex immutatōe exterior̄ ⁊ interior̄ sensuum. vt dicit minor in forma. Et ḡ nō oz ignorare multiplicē acceptōem motus quā relinquo notā ex copulatis vestris circā hanc materiā de fantasia **Cōclusio** relinquit nota ex immediate dictis ⁊ ex habitis superius vbi ꝓbatum est q̄ potētie hnt diffiniri ⁊ distinguī p̄ actus

Correlariū primū. rationabile est circa fantasiā ꝓtingere deceptōem ⁊ eā habere acceptōem multiplicē. Ptz p̄ma pars. q: ex q̄ fantasia vt dictū est noīat motū posteriorē causatū ex immutatōe exterior̄ sensuū. ⁊ in ipsis exterioribⁿ sensib⁹ ꝓtingit deceptōem. ḡ etiā in ipsa fantasia Tenet ꝓna. q: q̄quid ab aliq̄ principio longius stat debilius recipit eius impssiōem. Secā ps ꝓbat. q: ex quo fantasia est motus factus a sensu exteriori fm actū. nō ātē sensus exterior fit in actu eodē mō respectu oīm sensibilium. q: a q̄busdā sensibilib⁹ immutat. sicut visus a colore et a magnitudine. a q̄busdam aūt nō immutat. sed tn̄ ex sua immutatōe potētia interior elicit suā spēm. sicut spēz odij vel amicicie vel ire in supposito. Et ita fantasia qn̄z ōr illa potētia iterior q̄ versat circa formas sensatas a sensib⁹ exterioribⁿ vtputa circa formā colōris magnitudinis et figure eas absolute ꝓponens aut diuidens. ⁊ sic ꝓhēdit sub ymaginatiā. vt dicit doctor in p̄ma pte. Et hāc p̄mam acceptōem dicit Gorycken esse fantasie ꝓpriam Aliqn̄ vero sumit nomē fantasie p̄ interiori potētia q̄ versatur circa intētōes elicitas acq̄sitas ex motione sensuuz exteriorū. Et sic fantasia idētificatur realiter cū ỹtute cogitatiua. Et simili mō de vi ymaginatiua intelligenduz est. q: si capiat spēaliter vt potētia reseruatiua sic ꝓprehēdit fantasiā p̄mo mō. Sed si capiat generaliter p̄ potentia iudicatiua sic pōt reduci ad cogitatiuā. ⁊ tūc reducere fantasiā ad ymaginatiuā est ipsaz reducere ad vim cogitatiuā **Correlariū secōm.** ꝓprietates quas Aresto. attribuit fantasie: sunt eidē cōuenienter assignate. ptz q: Aresto. attribuit fantasie q̄ fm eā aīalia multū opantur licet ordīter. q: quedā aīalia hnt fantasiam indeterminatā inquātū scz interior potētia trn̄ mouet in ꝓsentia sensibiliū exterior̄. ⁊ nō in eor̄ absentia. sicut ptz de q̄busdā aīalibus impfectis. Alia aūt sunt aīalia bruta. scz pfecta q̄ habēt fantasiā determinatā. ⁊ fm eā multa operātur in absentia sensibiliū. sicut aīalia bruta pullos suos nutriēdo in multis se occupant. Deinde in hoīe qn̄z dn̄atur rō et tūc non ōr duci fm fantasiā. qn̄z vero ps sensual dn̄at et tūc ōr trib⁹ modis agi fm fantasiā scz. aut ꝓpter passionē. sīn ꝓrinentib⁹. aut ꝓpter egritudinē sicut ptz in frenēticis. aut ꝓpter ligatōem sensuū. sicut ptz de somniantib⁹

Ad rōes. ad p̄mā ōr q̄ fantasia immediate est motⁿ factus a sensu interiori. sed videre est actus sensus exterioris. Ad secām ōr q̄ fantasia pōt indifferenter accipi p̄ potētia ⁊ p̄ actu. ⁊ fm hoc diffinitio aliter ⁊ aliter exponit. Et q: in copulatis diffinitio exponit de fantasia p̄ actu. ideo vt etiā haberet intellectus ipsiⁿ fantasie p̄ potentia interiori. licet nō distincta sic resolutio huius q̄stionis magis loquit de fantasia p̄ potētia q̄ p̄ actu vel opatōe

E parte aūt aīe q̄ ꝓgnoscit

Circa principium tercij libri de aīa queritur p̄mo. Utrū intellectus humanⁿ sit potētia organica: ꝓueniens cū potētia sensitiua passiua Pro parte negatiua p̄me ptis est phs hz in textu p̄cedēte. Sz p̄ pte affirmatiua ptis secē est Aresto. hic in littera Arguit ꝓtra secām ptem. vnūqōq̄ patit fm suā materiā. sz intellectus est imaterialis. ḡ non est potētia passiua. Secō sic. agēs nobilⁿ est patiente sz potētie vegetatiue sunt actiue. ergo intellectus q̄ est p̄fectior erit potētia actiua

Maior. Nulla virtus organica est vlr omnium cognoscitiua: neq̄z sup se aut actum suuz p̄ cognitōem reflexiua **Minor** Intellectus humanus est virtus passiua: non qualiter cūq̄z sed passione pfectiua **Conclusio.** Licet ergo intellectus non sit virtus organica: est tn̄ sicut sensus virtus q̄dammodo passiua

Prima ps maioris ptz dupl'r. p̄mo ex pte potentie. q: opari nō trāsēdit esse. cū igitur ỹtus organica sit determinata ad sitū ⁊ subiecta variatione sui subiecti necē est q̄ opatio nō possit esse absoluta ab hic ⁊ nūc ⁊ ab alijs ꝓdi

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

tionib⁹ indiuiduantib⁹. Patet secūdo ex parte forme q̄ est principium cognoscendi. q̄ talis forma etiā est in organo corporeo. et per consequens determinata ad hic et nunc ⁊ ad alias ꝓditiones indiuiduātes. quare etiā operatio cuius est principium nō potest esse ab illis absoluta. Et ergo nulla virtus organica potest cognoscere suum ꝓprium organū aut eius dispositionē. quia oportz sensuz esse denudatum ab omni eo cuius debet habere sensationem. vt patz in secūdo huius. Secūda pars maioris patet primo ex illa regula. q̄ agere nō transcendit esse. virt⁹ eiꝰ organice naturaliter ꝓuertitur ad suū organū a quo dependet. ⁊ p ꝓsequens non potest habere reflexionē. id est reditionem ad se et cōuersionem ad suū subiectum a quo dependet. Secūdo patet. q̄ si aliqd corporale redeat ad se ipsum p cognitionem. tunc necesse est q̄ sibipsi vniatur fm modū suū. sed impossibile est q̄ aliquod corporale sibipsi vniatur fm se totū. q̄ oporteret q̄ quelibet pars esset ꝓuicta cuilibet parti. quod est manifeste impossibile. Minor patz. q̄ intellectus ad modū suum recipit ea que recipit. et q̄ est virtus inorganica ⁊ imaterialis etiā sua passio erit imaterialis. et per ꝓsequens nō erit corruptiua neq̄ ꝓprie alteratiua. Prima pars cōclusionis patet ex iam superius habitis. Sed secunda pars probat. quia intellectus de nouo acquirit diuersas artes ⁊ habitus diuersos. et sic recipit in se dispositiones qualificatiuas. Correlariū. Intellect⁹ humanus: nō est potentia anime talis sicut sensus. Patet quia intellectus cognoscit omnia et habet reductiōem supra se. sed opposite ꝓditiones ꝓuenīt sensui. Et addit Arestoteles signū. q̄ sensus post excellens sensibile fit minus abilis ad cognoscendū debiliora sensibilia. econtra vero est de intellectu. Et ideo animosi studentis est insistere arduis speculationib⁹ vt eius intellectus augeat in vigore.

Ad rōnes. Ad ꝑmam dicendū q̄ verum ꝓcludit de passione corruptiua. sed intellectus est virtus passiua passione pfectiua. Ad secūdam dicit q̄ potentie vegetatiue et intellectiue nō sunt eiusdem ordinis. quare nō oportz q̄ agens sit nobilius patīte.

Querit secūdo

Vtrū intellectiuū ꝑncipiū: sit fm esse a corpore separatum. Pro parte negatiua est pb̄s hic et in octauo metaphis. ce. Et est ad hoc ratio. q̄ differentia sumitur a forma rei. sed differētia ꝓstitutiua hominis est rōnale qd dicit de homine rōne intellectiui ꝑncipij. ergo intellectiuū ꝑncipiū dicit forma hominis. Sed p parte affirmatiua sunt ipsius Auerrois figmenta. quorum vnū est. q̄ pb̄s in hoc tercio dicit q̄ intellectus est separatus et q̄ nullius est corporis actus. ergo videtur q̄ sit fm esse a corpore separatus.

Maior. Eadem forma vno modo corpori ꝓuicta: meretur quodam alio dici separata.

Minor. Separatio intellectiui ꝑncipij fm esse: repugnat proprie rōni specici humane.

Conclusio. Igitur intellectus possibilis in homine ꝑncipiū intelligendi formale: non est fm esse separatus a corpore.

Maior pz de aīa humana. q̄ ipsa inquantum est forma corporis ⁊ inq̄tum est terminus generatiōis humane. sic est corpori ꝓuicta. Sed est separata. quia nō est cōprehensa a corpore fm virtutem intellectiuam. q̄ virtus intellectiua non est virtus alicuius organi corporalis. sicut virtus visiua est actus oculi. Et q̄ potentia nō est eminentior q̄ eius essentia. sed potētia intellectiua est inorganica et incorporea. ergo necesse est fateri ipsam essentiam aīe esse separatā tanq̄ eleuatam supra suū corpus. et ita idem est ꝓuictum et separatum respectu eiusdem alio ⁊ alio modo. Sicut Auicenna declarat in exemplo de flāma. que quādo conuicta est ligno fit obscura ⁊ fumosa ligno alligata. sed fm aliam eius partem est lucida et clara ⁊ libera ab imersione ligni. Et illud idem declarari solet ex ordine formarū in rebus. q̄ quedā sunt totaliter imerse materie que nullam habet operationē nisi fm legem dispositionuz materialiū. sicut patet in formis elementarib⁹. Deinde ascendendo ad formas mixtionales inuenīntur alique operationes que trāscendūt q̄litates elementares. sicut patz in lapidibus ⁊ herbis. Et ita gradatim ascendendo ꝓuenitur ad formas quarū potētie ⁊ operationes sunt a materia imunes. Minor sic ostenditur. q̄ materia vniuscuiusq̄z rei ex eius operatōe ostendit. sed ꝓpria operatio hois inq̄tum homo est intelligere. p hanc eīn alia transcendit. ergo fm illud sortitur naturā ⁊ spēm qd est ꝑncipiū illius operationis. Et q̄ vnūquodq̄z habet spēm p ꝓpriam formam. sic oporet illud ꝑncipiū fm esse forte ꝓuictum. Conclusio ꝓbatur q̄ nihil dicit agere formaliter nisi per formam que est in agente. sed homo dicit formaliter intelligere. ergo oportz q̄ ꝑncipium illius sit in hoīe fm esse. Correlariū ꝑmū Impossibile est q̄ in omnib⁹ et singulis hominib⁹ sit vn⁹ et idem intellectus humanus. Probatur. q̄ impossibile est plurīū numero diuersoꝝ esse vnā formā. sicut impossibile est q̄ eoꝝ sit vnū esse. nam forma est essendi ꝑncipiū sed fm sententiā Arestotelis intellectus est pars seu potentia anime. que est hois forma. igit ꝛc. Est tn aduertēdum. q̄ ꝓmentator Auerrois gloriatus tanq̄ mentem Arestotelis melius intellexisset alijs. quedā dicta asseruit circa vnitatem intellectus humani. Verbi gratia primo dicebat esse vnicū intellectū omnīū et singulorū hominū. Secūdo dicebat q̄ hmōi intellectus esset quedā substātia p se existens separata ⁊ perpetua. et esset plenus speciebus intelligibilib⁹. Tercio dicebat q̄ hmōi spēs intelligibiles habeant duplex subiectū. scz ipsum intellectū talis substantie separate. et ipsum fantasma qd erat in potentia sensitiua hois cognoscentis. Et ex hoc dicebat q̄rto q̄ ille intellectus separatus nobis ꝓtinuaret p hoc q̄ spēs intelligibiles vnirent tali fantasmati. vt species intelligibilis hois cum fantasmate hominis ⁊ sic de alijs. Et ex hoc nitebat vlterius saluare quare vnus hō intelligit alio hoīe nō intelligente. et vnus homo plura intelligit q̄ alius homo. q̄ vnus habet plura fantasmata q̄ alius. Et mouebat ad hmōi positiōem ꝓcipue duob⁹ motiuis. Primū quia si intellectus numeraret f⁹ numerum hominū tūc eius indiuiduatio causaret a corpore. ⁊ per ꝓsequens pereūte corpore periret intellectus. Secūdum motiuū. q̄ si intellectus esset substantia indiuiduata in corpore. tunc spēs intelligibiles essent indiuiduate. semper eīn forma indiuiduat fm indiuiduatiōez sui subiecti. et per ꝓsequēs intellectus nō posset intelligere vniuersaliter. Et q̄ ꝓmentator in dictis assertiōib⁹ ꝓtradicit veritati ⁊ Arestoteli. vt patz ex dictis. ideo ꝓtra eum ponitur. Correlariū secūdū. Subtilis Auerrois motus prefatis assertionib⁹: est in hac positione merito deri-

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

dendus. Patet. qz primũ motiuũ non est alicuius roboris. qz licet anima intellectiua sit numerata fm multitudinem corporũ eius indiuiduatio non dependet necessario a corpore in esse ⁊ ꝓseruari. qz potest separari a corpore ⁊ per se existere. Siliter secũdũ eius motiuũ est sophisticũ. qz spēs intelligibilis est indiuidua in essendo. qz est quedam forma perficiens intellectũ. sed est vniuersalis in repzesentando. qz est quedam similitudo cōmunis pluriũ. ⁊ ergo potest repsentare omnia ꝓuenientia in vna specie vel genere. Sicut in simili soleꝯ dici de statua q̄ est singularis forma in hac materia. et tũ potest eē ꝓmunis similitudo pluriũ rerũ Corzelarium terciuz. Desistat Auerrois se iactare falsa ⁊ inani gloziatiōe: quā cōcepit de erronea intellectus humani positione. Patz ex dictis. qz tale ꝓsilium fuisset sibi sanũ et valde honestũ. Ad rōnem ꝓmentarozis qui assumit autozitates phi quid dicendũ sit patz ex dictis.

Querit̃ tercio. Utruz aīa humana sit naturaliter actus corporis: ex eo q'a principio denudatus est a speciebꝫ eiꝰ intellectus possibilis. Pzo responsione notādũ. q̄ hec questio duo ꝓtinet. qz vnũ presupponit. scz q̄ intellectus possibilis sit denudatus a spēbꝫ intelligibilibꝫ. et deinde ex illo supposito querit vtrũ naturaliter ꝓtingat̃ corpori tanq̄ essentialis actus eiꝰ. Constat aũt q̄ vnienꝫ illud est naturale ⁊ ꝓueniens p qd̄ ad suam pfectionē ptingat. sicut oculo ꝓuenit curatio a dispositiōe impediente actũ visus. pari modo in alijs. nam si finis est naturalis media p se ozdinata ad illum finē sunt naturalia

Maior Unio anime ad eius corpus tanq̄ actus substantialis: est sibi ꝓueniens ⁊ naturalis. Minor. In aīa humana ponendus est possibilis intellectus: qui a principio sui est a speciebus intelligibilibꝫ denudatus. Conclusio Non potest igitur intellectus possibilis perfici intelligibilibꝫ formis: nisi per naturalez vnionem aīe ⁊ corporis.

Patet maior. qz talis vnio aīe ad corpus est mediuz attingendi suā pfectionem. quia aīa humana a principio sui est nuda ab omni cognitiōe. et nō potest naturaliter illam acquirere per influxum a superiozibꝫ. quare opoztz q̄ eam acquirat p ꝓuersionē ad corpora. et p ꝓsequēs cū talis cognitio fiat p virtutes cognoscitiuas organicas patz veritas maiozis Minor patz expresse p Arestotelem in litzera ponentē talem intellectũ tanq̄ tabulā rasam in qua nihil depictũ est. sed depingi potest ⁊ eūdem vocat imixtum ⁊ separatũ inq̄tum est potentia nō organica. et eum dicit pati ab intelligibili Conclusio pbat̃. quia in ozdine rerũ est talis pcessus q̄ ponendũ est aliqd̄ primũ qd̄ est substantia pura intelligibilis. cuius essentia est rō intelligendi alia. scilz deus. Deinde ponende sunt alie imateriales substantie quodam ozdine pzocedētes. ita tamen q̄ semp longius et longius pcedendo virtus intellectiua est debiliozet hoc tandem ita longe pcedit q̄ deuenitur ad aliquem intellectũ qui fm eius naturaz nō sufficit eius cognitiōem accipere p influxum a superiozibꝫ. sed opoztz q̄ p aliũ modũ accipiat sibi suā cognitionem. et huius cognitiōis est intellectus humanus Hinc est q̄ intellectus humanus nō hz suā cognitiōem nisi ministerio sensuũ. quare oportet aīam humanā esse corporis vnitam. Et ergo intellectus dicit̃ tenere illuz ozdinem in genere itelligibiliũ quē materia istoz inferioz tenet in genere materialiũ ⁊ corporaliũ. que nō est determinata ad aliquam formā. sed migrat de forma ad formā fm trās mutationē eius ab agentibꝫ naturalibꝫ. ⁊ ergo intellectus humanus ex sui natura nō determinat sibi aliquā speciē intelligibilē. sed eam successu tēporis acquirit ministerio potentiarũ organicarũ. igit̃ rē. Ecōtra aūt intellectus intelligentiarũ ex sui natura est determinatus ad spēs intelligibiles omniũ illozũ ad que sua naturalis cognitio se extendit Corzelariũ ꝓmũ. Erronea est positio platonica: ponens q̄ vera notitia sit nobis ꝓcreata. patz ex dictis Corzelarium secũdũ. Eleganter est posita sentēcia phoz: q̄ aīa humana est sicut orizon formaz. Patz qz recte tenet mediũ inter emisperiũ superius scz intelligentiarum ⁊ emisperiũ inferius scz formarũ de potentia materie eductarum

Querit̃ quarto. Utrũ spēs intelligibilis que p intellectum agentē a fantasmatibꝫ abstrahitur sit illud quod vel quo res intelligit̃. Pzo responsione notandũ q̄ in ista questione vnũ ꝓsupponitur ⁊ reliquũ querit̃. Presupponitur em̄ q̄ spēs intelligibilis abstrahit̃ a fantasmate virtute intellectus agentis. et hoc postea pbabit̃. Deinde querit̃ an talis spēs abstracta sit illud quod intelligit̃. vel illud mediante quo res extra animā intelligit̃. Pzobationes vtriusq̄ partis quer ātur hincinde in copularis et in alijs libzis. qz oprer bonũ artistam multa videre.

Maior. Tam in corporali q̄z intellectuali visione opus est lumine: hoc tũ ꝓtingit diuersimode Minor. Intellectus agens speciez intelligibilem abstrahit a fantasmate: per quā intellectus possibilis fit in actu et potens ex se intelligere Conclusio. Igit̃ spēs intelligibilis que a fantasmate abstrahit̃: nō est illud qd̄ sed quo res extra aīam intelligit̃

Patz maior quo ad ꝓmam ptem. qz lumen requirit̃ ad visionem corporalem. vt pz ex p̄cedentibꝫ Similiter reqritur ad visionem spūalem. id est ad intellectionē. ꝓpter qd̄ Arestoteles vocat intellectũ agentē lumen. Sz q̄ diuersimode ⁊ viceuersa patz. quia in visione corporali lumen requirit̃ ꝓter mediũ ⁊ non ꝓter colozes. qz colozes habēt in se virtutē multiplicandi se p mediũ. sz medium indiget lumine actuante ipsum ad susceptiōem colozis. Econtra vero est in visione intellectuali. qz ipe intellectus passibilis est in vltimata dispositiōe ad recipiēdum omnē spēm intelligibilem. sed fantasma ꝓtinet in se potentialiter spēm intelligibilem. et ideo indiget alio actuante reducente hmōi spēm ad actum. et hoc est ꝓter nimiam imaterialitatem spēi intelligibilis Minor pbatur. qz fantasma ꝓtinet determinate in se similitudinem rei intellecte. ita q̄ sufficienter fantasma determinatum est ad repsentationē rei cognoscende. Sed qz spēs intelligibilis potentialiter est in fantasmate. hinc est q̄ requiritur aliqua potentia actiua educens ad actuz id qd̄ in fantasmate est in potentia. ita q̄ posito fantasmate cū intellectu agente ponitur cause sufficientes ad formationem speciei intelligibilis. vt per eam intellectus possibiꝫ

lis fiat in actu.qz rōne determinate similitudinis repre/
sentat vna res ita q nō alia.et rōne abstractiōis a ꝓditio
nib indiuiduātib z appendicijs materialib ex parte in
tellectus agentis fit intellectus possibilis sufficienter p/
paratus ad intellectionē. Unde aliquid est hic dignum
ꝓsideratiōe.q determinata repzesentatio est ex pte fan/
tasmatis.et imaterialitas est ex parte intellectus agen/
tis Pro declaratiōe ꝓclusionis notandū q duplex est
actio fm Arestotelē vndecimo metaphisice.qz quedam
est transiens in materiā exteriozem.sicut ignis calefacit
passum sibi applicatū. Alia aūt est imanēs sicut visio est
in vidente. Sicut ergo ignis p calozē habet operationez
in passum extrinsecū.ita q calozē se habet in tali actiōe vt
ꝑncipiū quo.pari passu spēs intelligibilis est ꝑncipiū ac/
tionis imanentis.sicut a quo fit actio.q̄ imediate termi/
natur ad rem ꝓceptā. Sed illo nō obstante dicūt aliqui
et multi Thomiste q p actū intelligendi aliq̄d intra in/
tellectū ꝓstituit qd̄ est verbū intellectus ad qd̄ imediate
terminat actus intelligendi.z ꝓsequēter mediante illo fit
extensio ad res extra aiam existentes Correlariū. Are
stoteles eleganter dicit in littera.q intellectus quodam/
mō intelligit se similiter sicut alia. Patz qz in hoc saltem
est similitudo.qz intelligit alia factus in actu p spēm intelli/
gibilē.similiter etiam puenit in cognitione sui postq̄ factus
est in actu p spēm intelligibilem.sicut patebit expzessius
in sequentibus.

Querit quinto Utruz obiectum humani itellect⁹:
sit quidditas rei materialis Pro parte affirmatiua est
pbus in littera.qui dicit q intellect⁹ aliter cognoscit car
nem et aliter carnis esse.volens intelligere p carnis esse
quidditatem carnis abstractā a ꝓditiomb indiuiduan
tib quā directe intelligit tanq̄ suū obiectū. Secundo p
batur rōmb.qz illud est obiectū ꝓprium alicuius poten/
tie in qd̄ directe z p se fertur illa potentia.sed sic est de q̄d
ditate rei materialis respectu intellectus nostri.igitur zc
Minoz pbatur.qz sola illa mouet intellectū ad intelli/
gendū. Preterea actio cuiuscūq̄ agentis est fm ꝓditio/
nem forme.que est ꝑncipiū illius actionis.sed species in/
telligibilis a particularib abstracta est forma nostri in/
tellectus et ꝓrincipiū operatiōis eius.z hec spēs soluz est
similitudo rei materialis.ergo intellectus p se et directe
solū intelligit hmōi quidditatē. Et iterū obiectū alicuⁿ
potentie debet esse ꝓportionatū illi potentie.sed intellect⁹
noster fm esse est cōiūctus z fm rōnem separatus.z hoc
ꝓuenit etiā quidditati rei materialis.ergo erit eius ade/
quatū obiectum Sed pro pte negatiua arguit.intelle
ctus noster separatus habet altius obiectū.ergo z con/
iūctus. Tenet ꝓsequētia.qz est eadem potentia.sed eius/
dem nō sunt duo obiecta ꝑma Secūdo sic. si quiddi/
tas rei materialis esset obiectū adequatū nostri intellec/
tus tūc nō posset cognoscere illud quod nō est q̄dditas
rei materialis.qd̄ est falsum.quia etiā cognoscit substā/
tias separatas

Maioz. Aīa humana corpori passibili cō/
iūcta:nihil actu intelligit nisi ꝓuertendo se ad
fantasmata Minoz In spēb a fantasmati/
bus abstractis:quidditatiue solū repsentatur
substātia rei materialis. Conclusio. Sola
igit quidditas rei materialis fm presentis vi/
te statū:est humani intellect⁹ obiectū adeq̄tū

Maioz ꝓbabit infra in spēali q̄stio.sed tū q̄stū ad ꝓ/
positū sufficit apparet duob iudicijs. Primū qz si nō re/
quireret ad eius actuz actus alicuius potentie organice
tūc nullo mō impediret in suo actu p lesionē alicuius or
gani corporalis.sed hoc est manifeste falsum.qz intellect⁹
nō solū accipiendo sciam de nouo sed etiaz vtendo scia
iam acquisita impedit impedito actu virtutis imagina/
tiue p lesionem organi.vt pz in freneticis.z similiter impe/
dito actu memoratiue vt in litargicis. ergo manifeste ap
paret q ad actū intellectus requirat actus imaginatōis
et ceterarū virtutū. Secūdū iudicū est.qz hoc quilibet in
se ipso experiri pt q qū conat aliquid intelligere format
sibi aliqua fantasmata p modū exemploz in quib quasi
inspiciat qd̄ intelligere studet.z huius rō sumit ex supra
dictis Minoz ꝓbat.qz repsentatio quidditatiua solū
fit p ꝓpriam similitudinem rei. Verbi gratia qū cognoscit
aliqua essentia ab intellectu ac si esset sine materia p eius
ꝓpriam similitudinē dicit cognosci quo ad eius quidditatē
sed spēs abstracta a fantasmatib est determinate similitu/
do rei materialis.vt patz ex p̄cedenti q̄stione. ergo illius
quidditatē solū pfecte repsentat. Conclusio ꝓbat.qz
fm Aresto.ītellect⁹ hz se in aia sicut visus in corpe.sz ob
iectū visus ꝓprie dicit illud qd̄ fm suā spēm imutat visuz
sicut est color.ergo pari modo obiectuz intellectus debet
esse illud cuius ꝓpria spēs in intellectu recipit.sed solius
rei materialis spēs est in intellectu.igit zc. Rursus patz
illud ex alia rōne.qz opari seq̄tur esse.cū igitur intellect⁹
humanus sit forma que est naturaliter actus corporis z
cū corpore ꝓstituens substantiam materialem.seq̄tur q
eius actus debet dici quidditas rei materialis. sic eū est
ꝓportio Correlariū ꝑmū Quāuis intellectus dicatur
intelligere alia q̄ q̄dditatem rei materialis z habere alia
obiecta:pt tū cum predictis faciliter fieri ꝓcordia. Patet
verbi gratia.qz verū dicit obiectū intellectus.sicut bonū
est obiectū appetitus.qz appetitus fertur sub rōne boni
in omne illud in qd̄ fertur.z similiter intellectus est quicq̄d
fertur sub rōne ꝓformitatis z cuiusdam adequationis in
tellectus z rei intellecte.z sic sub rōne veri. Ens aūt dici
tur obiectū intellectus.qz vnūquodq̄ est intelligibile fm
q est in actu.sed ꝑma actualitas rei est esse.z ad istū sen/
sum dicit esse obiectū intellect⁹. Similiter vle dicit quādaz
circūstantiam circa obiectū intellectus.qz intellectus hu
manus ꝓprie intelligit rem,put est abstracta a ꝓditiōib
indiuiduātib.et fm hoc fieri dicit vle. Quib nō obstan
tib obiectum nostri intellectus dicit ꝓprie quidditas rei
materialis.sicut illud qd̄ p essentiam intelligitur simpli/
ci apprehensione et fm eius modū quecūq̄ alia intelligit
intellectus.sicut visus cognoscit colorem Rursus intel
lectus intelligit formas accidentiū.sed tū ꝓprie ꝑncipali
ter z ꝑmo apprehendit substātiā materiale que habet p
fectam z absolutam rōnem intelligibilis.accidentia eim
ꝑmo objicūtur sensui exteriori. sed non ꝑmo objicūtur
intellectui.et iterū accidētia nō intelligūtur sine addita/
mento qd̄ est substātia Correlariū secūdū. In hac vi/
ta intellectus humanus potest habere de substancijs se/
paratis cognitiōem aliqualem:nō tū potest eas cognos/
cere ex suis naturalib fm eaz quidditatem. Prima ps
ꝓcoriter ꝓceditur ab ommb.qz multa denūciantur de
substancijs separatis qd̄ nō ꝓtingeret si nō haberet aliq̄
cognitio de eis.quia scimus de eis q sunt substātie incor

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

porree perpetue ꝛc. Secūda pars patz ex dictis. quia fm Arestotelē intellectus possibilis soluz se extendit in hac vita ad cognoscendū quidditatē eorꝫ quorꝫ spēs abstrahūtur p intellectū agentem a fantasmatib⁹. q: fm Arestotelem intellectus agens est potens oīa facere ⁊ intellectus est oīa potens fieri. sed a substātijs separatis fantasmata abstrahi nō possunt. igit ꝛc. Et huius signuz est q de substantijs separatis autores loquūtur p negatiōes dicendo q non sunt īmateriales incorporee ꝛc. Ad rōnes ad ꝑmā dicit q licet sit idem intellectus tū hz aliū modū intelligendi hic ⁊ in patria Ad secūdam dicit q ꝑmū motiuū in rōne obiecti intellectus nostri ad intelligendum est quidditas rei materialis et fm modum eiꝰ intelligimus alia vt patz ex dictis

Querit sexto. Utruz aīa intellectiua cognoscat singularia: p eandez potentiā per quam cognoscit vlia Pro respōsione notandū q ꝓtrouersia inter famosos inuenit de cognitiōe vlis ⁊ singularis. nam ex eo q intellectus cognitionem suā accipit a fantasmatib⁹ visum fuit quibusdam q intellectus nō solū cognosceret singulare. sed etiam ꝑma eius cognitio esset singularis. Rursus ex alia parte. q: intellectus cognoscit per spēs abstractas a fantasmatib⁹ p intellectum agentem. ⁊ tales sunt denudate a ꝑditiōib⁹ indiuiduātib⁹. ideo videri potest q intellectꝰ solū vle cognoscat

Maior. Anima humana interduz cognoscit vniuersale ⁊ singulare eadem potētia: quādoqz vero alia ⁊ alia Minor. Intellectus per easdem species cognoscit singularia: ⁊ magis ⁊ minus vniuersalia sicut species ⁊ genera Conclusio. Eleganter dicit Arestoteles q eadem potentia intellectiua aliter et aliter se habēte: cognoscitur natura vniuersalis ⁊ suppositum materiale.

Prima pars maioris patz. q: ꝓparationem facimus inter singulare et vle ponendo ꝓuenientiā ⁊ differentiam inter ea. ⁊ sic oportet ꝓcedere esse eandem potētiā p quā iudicamus de vtraqz. Nam ex eadem radice superiꝰ est ostensum q necesse est ꝑter sensus exteriores ponere sensum ꝓmunem. Secūda pars patz. q: loquendo de cognitione directa sic singulare cognoscitur p sensum ⁊ vle p intellectum. naz sensus est virtus in organo. ⁊ ideo nō potest vniuersaliter cognoscere. vt dictū est superius. sed intellectus est virtus organica. et ideo species abstractae a fantasmatib⁹ sunt similitudines vniuersales repsentandi sua obiecta Minor pz. q: actus intelligendi hominez ꝓcedit ab intellectu p spēm intelligibilem hois p quam fit in actu. sed talis spēs de se est similitudo ꝓmunis. ⁊ ita p illam spēm directe ⁊ cōiter intelligit hominē ⁊ reflexe ad diuersa fantasmata intelligit īdiuidua ꝓtēta sub hoie non enīm est imaginandum q indiuidua habeant species indiuiduales in intellectu. Siliter p eandem spēm intelligit aīal. ⁊ sic ascendendo. q: spēs intelligibilis abstracta fantasmate est repsentatiua vniuersaliter cuius fantasma est similitudo singulariter. ⁊ q: homo ꝓtinet in se aīal. ⁊ aīal corpus aīatum ⁊ sic ascendendo. sic etiā eadē similitudo poteit repsentare hominē aīal corpus aīatum. Cum ista tū stat q hmōi similitudo imꝑfecte impssa ꝓfuse ꝑt repsentare magis ꝓmune non repsentando distincte minus ꝓmune Conclusio pz ex dictis. q: cognoscit vle directe. sed p quādam reductiōem ⁊ reflexionē cognoscit singulare materiale Correlariū. Licet intellectus a sensu suā cognitiōem accipiat: nō tū ꝓcedendū est q ꝑmo singulariter intelligat. Patz q: intellectus alio mō respicit formam rei cognoscende q̄ sit in sensu. et q: iudicandum est ꝑncipaliter fm ꝓditiōem forme que est ꝑncipū actionis. sed talis forma repsentat vle. igit ꝛc

Quoniam autem sicut in omni natura est

Querit primo. Utrū ꝓprietates duobus intellectib⁹ per Arestotelem attribute: sint eis conueniēter assignate.

Pro responsione notandū q plus plures attribuit ꝓprietates ptib⁹ aīe intellectiue inter q̄s alique sunt communes oib⁹ potentijs ꝑtis intellectiue. alie aūt sunt proprie vni potentie ita q nō ꝓuenīt alijs. Cōmunes ꝓprietates sunt q quelibet potentia illiꝰ partis est immixta ⁊ separata. id est q nō est organica neqz virtus materialis immersa organo. Secūda q est incorruptibilis ⁊ perpetua a parte post. Tercia q vliter ꝑt ferri in suū obiectū. ⁊ huiusmodi ꝓprietates aīe cognoscūtur ex eius operatiōe. q: cognitio intellectiua est vlis sine hic ⁊ nūc. ⁊ alijs ꝓditionib⁹ indiuiduātib⁹. ⁊ virtus intellectiua habet reflexionē supra seipsam. Sed spēales ꝓprietates intellectus possibilis sunt videlz q in ꝑncipio est potentia nuda. ⁊ ideo solum tūc vocat possibilis. Secūda est q ꝑt pati ab intelligibili quasi sicut sensus a sensibili Tercia q p spēs intelligibiles receptas fit in actu ⁊ eas ꝓseruat. ⁊ p eas ꝑt ad nutū intelligere. nisi aliūde sit impedimentū. Quarta est q natus est oīa fieri incꝑtum cognitio fit p quādam assimilationē cognoscentis ad cognitū. et ita cognoscens in actu ⁊ cognitū quodāmodo dicūtur vnū. Deinde sunt alie ꝓprietates ipsius intellectus agentis sibi spēales. Una est q intellectus agens est potens oīa facere se habens ad intellectū possibilē sicut ars ad naturā. Secūda est. q est sicut lumen ⁊ habitus intelligendo p habitū pfectiōem alicuius alterius. put dicimus q albedo est sicut habitus. ⁊ nigredo sicut ꝑuatio. Tercia est q est substantia actu ens. i. ex natura sua est aliquid in actu sicut lux dicit se habere sicut actus respectu dyaphani. Quarta est q intellectus agens est honorabilior q̄ intellectus possibilis.

Maior Ipsius intellectus possibilis varie sunt ꝓprietates: solum diuersum eius statum inducentes Minor. Philosophorum ꝑnceps Arestoteles elegāt ꝓprietates enumerat: quas intellectus agens humanus sibi precipue vendicat Conclusio. Sunt igitur ꝓprietates ꝓuenīēter assignate: que per Arestotelē vtriqz intellectui sunt attribute.

Patz maior q: intellectꝰ possibilis qñqz ꝓsideratur fm se. ⁊ sic sibi ꝓuenīt ꝓditōes supius assignate. Aliqñ aūt ꝓsideratur fm q est reductus ad actum. ⁊ sic ab Arestotele sibi spēaliter attribuūtur tres ꝓprietates alie. Prima q est idem cū re intellecta. sicut quelibet potentia tam intellectiua q̄ sensitiua si sit facta in actu dicit eadē cū re cog-

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

nita. Secūda est q intellectus in actu est posterior q̃ intellectus in potentia. Tercia q nō q̃nq̃ intelligit ⁊ q̃nq̃ nō intelligit. imo semp intelligit nisi supueniat impedimentū Minor pz. qr ex radice superius p̄missa aia rōnalis existens orizon inter duos ordines formarū media trix ex affectu ⁊ relatione ad ordinē superiorē est p̄ncipiū intellectus agentis. et sic sibi ꝓuenit virtus abstractiua formarū intelligibilium a fantasmatib⁹ faciens esse in actu formas intelligibiles. que in fantasmatib⁹ sunt in potentia. et ergo sibi cōpetit q est sicut ars sicut lumen ⁊ sicut habitus. et ita ꝓsequēter de alijs p̄ꝛiteratib⁹. Conclusio illata ē ex dictis nota Correlariū Arestoteles ponēs quēdā intellectū corruptibilē ⁊ passiuū: locutus est magis large nō intelligens p̄dictorū intellectiuū. Patz qr virt⁹ cognitiua p̄ter aliq̄lem assiliationē cuꝫ intellectu possibili dr nō q̄dā seu intellectus q̄dā. ⁊ qr talis virtus est organica. ideo est corruptibilis ⁊ p̄ꝛie passiua. ⁊ p ꝓsequens ꝓstat q nō est aliq̄ virtus de intellectib⁹ p̄ꝛie dictis p̄ memoratis. igit correlariū verum.

Querit secūdo Utrū in p̄te aīe intellectiua: sit solum ponēda duplex potentia realiter distincta Pro p̄te affirmatiua est phus in hoc tercio libro de aīa Dicit enī q in aīa necesse est eē has differentias scz itellectū possibilē et agentē. Sed p parte negatiua arguit. quia tam ab Arestotele q̃ ab alijs eius ꝓmētatorib⁹ tradūtur plura p̄dicata p̄tinēria ad potētiam intellectiuā. ⁊ p hoc datur apparentia ponēdi valde multas potētias intellectiuas et nō solū duas. Verbi grā ponunt Arestoteles ⁊ autores p̄ter intellectū agentem ⁊ possibilē rōnem memoriā intelligentiā. intellectū practicū ⁊ speculatiuū. intellectuꝫ in habitu ⁊ intellectū in actu seu adeptū. Ponūt etiā rōnem superiorē ⁊ inferiorem. deinde ponūt synderesim et ꝓscierīā. ⁊ ita de ꝓsilibus.

Maior. Ad saluādū naturā rōnalis aīe: necessariū est intellectū possibilē ponere Minor. Preter illum necesse est ponere intellectū agentem: tanq̃ ipsius aīe digniorem partem.

Conclusio. Igit in regno rōnalis aīe: sufficiūt solū due potētie itellectiue realit distincte

Maior pz qr hoīes ex sua natura inueniūtur q̃nq̃ intelligentes in potētia ⁊ non in actu. q̃ oportz esse quādaꝫ virtutē que sit in potentia ad intelligibilia ante ipsum intelligere. et hec virtus vocat intellectus possibilis. qui ꝓ doctorē sanctū est naturaliter in potentia ad oīa. ⁊ sola illa que possunt manifestari p lumen intellectus agentis. scz ad oēs spēs rerū sensibiliū Pro declaratiōe minoris aduertendū est q aliqui posuerūt intellectū agentem esse deū. alij vero quādā aliam substantiā separatam. alij vero tanq̃ aliqd extrinsec⁹ appositum aīe. sicut lumen a sole influitur p̄spicuo aeris ⁊ aque. Sed nullū istorū est approbandū. ḡnimo tenēdum est iuxta minorem p̄ꝛositam q intellectus agens sit potentia aīe causata ab ipsa essentia aīe. Quod ostendit p̄mo ex autoritate Arestotelis in littera ponentis p regula q in omni natura in qua aliquid est natum oīa fieri. etiā oportet in eadem natura aliquid ponere qd sit natum omnia facere. qr igitur intellectus possibilis natus est intelligere res in natura existentes. sic oportet q sit aliqua virtus faciens eum actualiter intelligere omnes tales res. Patz secūdo. quia natura non deficiens in necessarijs vnicuiq̃ prouidet de virtute per quā p̄ꝛias operationes potest exercere. cum igit cognitio intellectiua de reb⁹ sit operatio p̄ꝛia ⁊ debita anime rōnali. que non potest solum fieri per intellectū possibilem. ergo necessario oportet ꝓcedere q in natura anime rōnalis effluat potentia actiua hmōi specierū intelligibilium. p quas intellectus possibilis fit in actu. Sz q sit pars anime rōnalis dignior pz. qr agens nobilius est patiente maxime quādo actio ⁊ passio referuntur ad idem. vt est mens phi in hoc tercio Conclusio patz ex dictis. quia solum debemus intellectum agentem ⁊ intellectū possibilem realiter distinguere. Et signāter dicit rōnalis anime. quia in intelligentijs seu substātijs separatis solum ponitur vna potentia intellectiua. que naturaliter est formis intelligibilib⁹ a principio creationis repleta. et ideo est eminentior q̃ in nobis intellectus agēs et possibilis ad inuicem coadunati Ad rōnem dicendum. q in omnib⁹ supra dictis intellectus agens ⁊ intellectus possibilis solum sunt potentie realiter distincte. qr intellectus possibilis se habet vt materia. sed intellectus agens se habet sicut artifex introducens formam. vt patz ex testimonio Arestotelis in littera. Et intellectus possibilis vocatur intellectus respectu p̄morum p̄ncipiorum que apprehēdit ex solo intuitu sine discursu. Et eadem potentia dicit rō ingitum per discursuꝫ procedit ratiocinādo de p̄ncipijs in ꝓclusionem. Similiter q memoria sit potētia intellectiua nō tamen distincta ab intellectu possibili patz ex prehabitis. quia intellectus possibilis ponitur loc⁹ spēcum intelligibiliuꝫ ab Arestotele in littera. Etiam intellectus practicus ⁊ speculatiuus nōn important diuersas potentias realiter distinctas. licet bene importent diuersos habitus intellectuales. quia intellectus fertur in obiectū sub rōne veri per se cui accidit ordinari ad speculationem vel praxim. ergo illa nō distinguūt potentias. Similiter ratio superior ⁊ inferior non important potentias realiter distinctas. quia ratio superior est de eternis inspiciendis ⁊ ꝓsulendis. sed ratio inferior est de temporalib⁹ regendis. Verbi gratia. non mechandum potest iudicari. quia est a lege prohibitum. et h dictat ratio superior. aut quia inhonestum et iniustum ciuile. et hoc pertinet ad rationem inferiorem Inde fit q ratio superior respicit medū ⁊ ratio inferior ꝓclusionem fm viam inuentionis. econtra vero fm viam resolutiōis sed ad eandem potētiam pertinet cognoscere mediuꝫ et ꝓclusionem. Preterea intellectus possibilis in habitu intellectus in actu seu adeptus non denominant diuersas potentias realiter distinctas. quia intellectus a quo recipiūtur species in principio sui quando est nudus dicitur possibilis. sed informatus specieb⁹ intelligibilib⁹ non tamen existens in actu intelligēdi dicitur intellectus in habitu. sed quando actualiter cōsiderat tunc dicitur esse in actu siue adeptus. qui p̄ꝛie dicitur esse idem cuꝫ re intellecta. Insuper intelligentia in p̄ꝛositū dicitur actus intelligendi. licet fm Arabes intelligentie dicantur substātie intellectuales separate. Synderesis autem dicit habitus rationis practice per quem naturaliter assentimus p̄ncipijs agibilium. vt q nemini sit iniuriandum et q nullum malum est faciendum. Conscientia vero est notitia conclusionum agibilium deducta ex huiusmodi p̄ncipiorum applicatione ad particulares ꝓclusiones de rebus agibilib⁹ iuxta nominis interpretationem. quia con

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

scientia dicitur quasi cum alio scientia. est enim notitia cõclusionum cũ notitia principiorũ in agibilibus rebus.

Indiuisibilium quidem intelligentia

Querit primo. Utrum bene sit assignata differentia phi: inter intellectionem incõplexi & ꝓplexi. Pro parte vera que est affirmatiua sufficit autoritas philosophi qui ponit talem differentiã inter primã operationem intellectus que dicitur simpliciũ apprehensio. & inter secundam eius operationes que dicit compositio & diuisio seu discursus. qz simplex cognitio est respectu ipsius qd̃ q̃d est rei materialis et est semper vera loquendo p se. sed secũda operatio est respectu ꝓplexorum & circa eam est verum & falsum Sed pro parte negatiua arguit. qz in solo intellectu ꝓponente est veritas. sed intellectus in prima operatione non cõponit. cũ sit obiectiue solũ circa qd̃ quid est. ergo non est verus

Maior. Intelligentia indiuisibilium: est circa illa in quibus non contingit per se falsum.

Minor. Circa cõplexionem operationis secũde: reperitur veritas et falsitas proprie.

Conclusio. Si intelligatur p se differentia per Arestotelẽ posita: tũc inter ipsas aie operationes est ꝓuenienter assignata

Maior. ꝓpositio est ipsius philosophi quasi in forma Et dicitur notanter per se. quia loquendo metaphorice de falsitate. sic p accidens contingit in tali simplici intellectione. sicut sensus per accidens decipitur circa ꝓpriũ suum sensibile. Et hoc cõtingit dupliciter. vno modo si qd̃ quid est vnius rei attribuatur alteri. Secũdo quãdo partes p quas exprimitur quidditas rei sibi inuicẽ non ꝓueniunt. vt si diceret animal rõnale insensibile. vt patet clarius quinto metaphisice. Minor patz. qz veritas vel falsitas proprie dicta est ꝓpositionalis et reperitur in secũda operatiõe intellectus. quia inter partes ꝓpositionis reperitur ꝓformitas sicut in re intellecta aut etiã falsitas opposita. vt cum dicit homo est animal. homo est asinus. dyameter est symiter. dyameter quadrati est asymeter Conclusio patz. quia in secũda operatiõe per se et ꝓprie inuenitur verũ vel falsum. quia sunt passiones ꝓpositionis. vt patz in diffinitione enũciationis. sed in prima operatione est solum veritas metaphorice ꝓpter ꝓformitatem speciei intelligibilis ad rem intellectã. sicut est adequatio rei ad rem. sed intellectus in prima operatiõe nõ diiudicat illã ꝓformitatẽ extremorũ. Et etiã in ꝑma operatione est solum p accidens falsitas. vt patz ex dictis. g̃ ꝓclusio vera Corrolarium. In substancijs separatis: nõ est deceptio sue intellectiõis naturalis. Patz qz non cadit circa earũ cognitõem. Primus modus deceptiõis eo q̃ non intelligũt p aliquã ꝓpositiõem vel diuisionem. & ita qd̃ quid est vnius non enũciant de aliquo altero. sed statim in ipso qd̃ quid est cognoscũt oia q̃ p se sibi debẽtur. Similiter nõ decipiũtur secũdo mõ cognoscenda ipm qd̃ quid est. qz obiectũ intellectus substantie separate est quidditas rei imaterialis. quẽ tota simplex. & sic ibi nõ est reperire ꝓpositionem partiũ differentiũ. per quas explicatur quidditas eorũ descendendo a genere p differẽtias vsq̃ ad speciem specialissimã. sed statim ab intellectu ꝓportionato simplici intuitu cognoscitur tota eius q̃d ditas. quare sequitur q̃ ibi non cadit deceptio. Ad rõnem dicendũ q̃ intellectus in ꝑma operatione nõ dr̃ verũ tanq̃ cognoscens veritatem. sed dicit verus. qz est adequatus p spẽm enti incomplexo qd̃ cognoscit. vt patz ex dictis. et dr̃ solũ verus metaphorice.

Querit secũdo. Utrũ ad intellectũ pertineat intelligere: p prius indiuisibile q̃ diuisibile. Pro responsione notandũ sicut Arestoteles hic inuit in littera. similiter d̃ no et decimo metaphisice q̃ aliquid dicitur indiuisibile q̃ tum ad ꝓpositum sufficit tripliciter. Primo aliquid dicit indiuisibile. quia actu non est diuisum. licet tamen sit aptum natum diuidi. sicut lignum ꝓtinuũ dicitur actu indiuisum. licet sit aptum natum diuidi in plures partes. Secũdo dicitur aliquid indiuisibile fm speciem vel formam. vtputa quia ipius est vna forma vel ratio. sicut sortes vel plato ꝓpositus ex multis partibus consistit in vna natura humana ex qua habet spẽm vel formam. Tercio modo aliquid dicitur indiuisibile sicut pũctus aut sicut vnitas. Et de ordine cognitionis istorũ Arestoteles tractat in p̃senti littera.

Maior. Si ꝑmis duobus modis capiatur indiuisibile: ad intellectũ prius pertinet ipsum q̃ diuisibile intelligere. Minor Capiendo indiuisibile tercio modo: por est diuisibilis cognitio Conclusio. Igitur in cognitione indiuisibilis et diuisibilis: non est modus cognoscendi vniformis

Patet maior. quia prima operatio intellectus est simplicium apprehensio. sed simplici apprehensioni primo occurrit cognitio rei absq̃ diuisione q̃ cum diuisione. Verbi gratia. prius apprehenditur linea vt quoddam totum in se q̃ discernatur inter eius partes. Similiter prius occurrit domus ꝓfuse in se q̃ fiat distinctio suarum partiũ Et hec est Arestotelis sententia hic in littera et primo phisicorũ. qz confusa cognitio in nobis precedit cognitionem distinctam Minor patet. quia habitus cognoscitur ante priuationem. sed indiuisibile tercio modo dictũ respectu nostre cognitionis se habet vt priuatio respectu diuisibilis. Sicut dicitur pũctus est cuius pars non est habens positionem in continuo. Et illo modo dicitur decimo metaphisice. q̃ cognitio vnius p̃supponit cognitionem multitudinis Conclusio claret ex dictis. qz indiuisibile primo et secũdo modis prius cognoscitur diuisibili. sed indiuisibile tercio modo cognoscitur posterius.

Corrolariũ. Intellectus humanus in hac vita: potest quodãmodo plura intelligere et fm quid infinita. Prima pars probatur dupliciter. Primo qz per vnã speciẽ potest simul intelligere omnia que rep̃sentant p illã vt intelligendo simplici apprehensiõe qd̃ quid est hominis intelligit omnia que ꝓtinentur sub homine sicut singularia sub specie. et intelligendo aĩal intelligit omẽs species fm q̃ ꝓtinentur in genere. qd̃ est animal. Secũdo intelligit plura ꝓponendo & diuidẽdo aliqua ad inuicẽ in secũda eiꝰ operatione. vt q̃n intelligit hominẽ esse aĩal Addit tũ signãter quodãmõ. qz illis duobus modis nõ intelligit plura tanquam plura. sed vt plura reducuntur ad aliquod vnum. Sic etiam ponẽdo ꝓuenientiam vel differẽtiam in

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

ter aliqua oportet fieri reductõem ad aliquam vnitatẽ. sicut omnes partes domus vel exercitus hñt quãdam vnitatem ad inuicem. Secda pars patz similiter ꝑmo. qz intellectus humanus potest succestiue ꝓcedere semꝑ de vno in aliud sine termino Et ergo quotquot hz species potest adhuc plures thezaurisare. Etiam scdo intellect⁹ potest ꝓfusa intellectiõe intelligere infinita fm q̃ sub aliqua spẽ ꝓtinentur infinita indiuidua. vl'fm q̃ in toto cõtinuo sub esse potẽtiali sunt infinite ꝑtes. Dicit tamẽ notabiliter fm quid infinita. quia oportet potentiã esse proportionatam suo obiecto. ⁊ per ꝓñs sicut inf. nitũ reperitur in re materiali q̃ est obiectum intellectus q̃ ad suã q̃ditatem ata intellectus intelligit Sed infinitũ ibi solum reperitur in potentia ⁊ fm quid. vt dr tercio phisicoꝝ. ergo etiam intellectus solum potentialiter intelligit infinita. vt patet ex dictis.

Queritur tercio. Vtrũ intellectus possibilis spẽrum intelligibiliũ memoria: indigeat quotienscũq̃ intelligat speculari fantasmata Pro responsione notãdum q̃ psens questio duo continet vnũ suppositum. qz supponere videtur q̃ intellectus possibilis tanq̃ memoria reseruet spẽs intelligibiles. Deinde querit vtrũ oporteat ipm fantasmata speculari nõ solum in ꝑma abstractõe specierum. sed etiã postq̃ factus est in actu ꝑ species intelligibiles. Et pro ꝑte affirmatiua tã suppositi q̃ quesiti est Aresto. et sanctus Thomas. Sed ꝓ parte negatiua arguit ꝑmo sic. qz si spẽs intelligibiles reseruarentur in intellectu possibili sicut in memoria. sequeret q̃ scientia sp̃ maneret in nobis. Probat quia ꝑ spẽs intelligibiles ꝓgnoscimus res. Secũdo sic. species intelligibiles reseruant in intellectu. q̃ videtur q̃ sufficiant ad intelligẽdum sine cõuersione ad fantasmata Tercio sic. plus dependet hymaginatio a sensu q̃ intellectus ab hymaginatõe. ⁊ hymaginatio potest hymaginari actu absentibus sensibilibus. ergo multo magis intellectus põt intelligere actu nõ conuertendo se ad fantasmata.

Maior. Intellectus possibilis non solum est specierum intelligibilium receptiuus: sed etiam cessante actuali intellectione earũdem reseruatiu⁹ Minor. Ad perfectam intellectõnem vniuersalis: multum necessario operatur cognitio rei particularis. Cõclusio. Igitur non solum in primeua specierum intelligibilium thezaurisatõne: sed sp̃ dum sumus in hoc mortali corpe intellect⁹ intelligẽdo indiget fantasmatum speculatione.

Maior patz. qz dicit Aresto. q̃ intellectus possilis est locus spẽrum. sed ꝓprietas loci est q̃ sit ꝓseruatiuus locati. vt patz quarto phisicoꝝ. Q' aũt sit receptiuus patz. qz dictũ est superius q̃ spẽs intelligibiles ꝑ intellectũ agentem abstrahunt a fantasmatib⁹ ⁊ recipiunt in intellectu possibili. ⁊ ergo radix est falsa ex qua Auicẽna oppositus ꝓcedit. Vlã Auicẽna posuit intellectõem fieri ꝑ influentiã spẽrum intelligibiliũ per hunc modũ. qz a ꝑma causa ꝑ influentiam spẽs intelligibiles recipiebant in ipsaz intelligentiã ⁊ a supiori intelligẽtia diriuarent ad inferiorez et ita ꝓsequẽter vsq̃ ad aiam humanã. Et ex ista radice dicebat q̃ spẽs intelligibiles nõ manent in intellectu cessante actuali intellectõe. sicut nec lumen manet in dyaphano abeũte lucido. dicebat tamẽ q̃ thezaurus fantasmatũ ad hoc ꝯabatur. qz qui plura haberet fantasmata plenioꝛẽ ꝓciperet influxum spẽrum intelligibiliũ Minor patz. qz intellectus nõ ꝑt intelligere vl'r. nisi sit aliqua potentia habens de eadem re apꝓhensionẽ singularem

Conclusio patz ꝑmo per experientiam. qz videmus vl'r sine instantia q̃ quotienscũq̃ ꝑs sensitiua est lesa sicut in freneticis ⁊ dementib⁹ statim pz q̃ sunt inepti ad opationes potẽtie ĩtellectiue. quod nequaq̃ ꝓtingeret si intellectus nõ indigeret fantasmatũ speculatõe. qz intellect⁹ fm se est virtus immaterialis. Sil'r patz idem autoritate Arestotelis dicẽtis. q̃ necẽ est quãcũq̃ intelligentẽ fantasmata speculari. ⁊ ꝑ ꝓñs etiam habituatus in spẽb⁹ intelligibilib⁹ opus habet fantasmatib⁹. Hui⁹ aũt est ratõ qz actus ⁊ potẽtia ꝓportionant obiecto. sicut patz in scdo huius. sed obiectũ intellectus humani ẽ q̃ditas rei materialis. que nõ reperit nisi in hoc vel illo singulari. ⁊ ꝑ cõsequens quotienscũq̃ intelligit rem materialẽ necẽ est q̃ ꝑ potentiam organicã feratur in aliquod indiuiduũ in q̃ reperitur q̃ditas hmõi rei materialis. Correlarium. vnum ⁊ idem sunt in parte intellectiua: intellectus possibilis ⁊ memoria. patet qz intellectus possibilis est ꝓseruatiuus spẽrum intelligibiliũ. Nec mirũ si hic vtrũq̃ faciat eadem potentia ad quod requirunt due potẽtie in parte sensitiua. qz sp̃ in supiorib⁹ ꝑ paucioꝛa fuit silles effect⁹ q̃ in inferiorib⁹ ceteris paribus. Et merito q̃tũ ad ꝓpositũ qz in parte sensitiua q̃ est organica requirũt ꝓtrarie dispõnes ad iudicãdum ⁊ reseruandum. sic aũt nõ est in parte intellectiua. eo q̃ est virtus organica. Ad rões. ad ꝑmam dr q̃ non est simile. qz scia habet ꝓtrarium a q̃ corrũpitur. nõ aũt spẽs intelligibiles sil'r scientia corrumpit ex indispositione fantasmatum. nõ aũt spẽs intellibiles.

Ad scdam dr q̃ ad actualem intellectõem nõ sufficit ꝓseruatio spẽrum. sed opz q̃ actu intelligens eis vtatur fm q̃ conuenit rebus q̃rum sunt spẽs que sunt nature in ꝑticularibus existentes. Ad terciã dr q̃ nõ est sil'. qz fantasma est sil'tudo rei ꝑticularis. vnde nõ indiget hymaginatõ aliq̃ alia sil'tudie ꝑticulari sicẽ idiget intellectũs

Queritur quarto Vtrũ anima humana ꝑ intellectum cognoscat ꝓtingentia ⁊ futura: suam ꝓpriã essentiam ⁊ ea q̃ sunt in seipa Pro ꝑte affirmatiua ẽ Arest. ⁊ scũs Tho. ad longũ in q̃tuor articul' in ꝑma ꝑte. questionib⁹ lxxxvi. et. vij. Sed ꝓ ꝑte negatiua arguit. qz intellect⁹ noster ꝓgnoscit abstrahendo a fantasmatib⁹ ⁊ ꝓditõib⁹ indiuiduantib⁹. ⁊ ꝓtingentia ⁊ futura implicãt in se ꝓditõnes indiuiduãtes. s. materiam q̃ ad ꝓtingẽtiã. ⁊ tꝑs q̃ ad futura. igit. Scdo sic. aia est de nũero subarum ĩmaterialiũ. ⁊ ea q̃ st' in aia fm ꝑtem intellectiuã st' sine materia ⁊ q̃ si de regiõe subaꝝ ĩmaterialiũ q̃s itellect⁹ ꝑ statu hui⁹ vite nõ ꝓgnoscit q̃ditatiue. ergo nec illa.

Maior. Intellectus humanus res ꝓtingentes fm q̃ hmõi. ⁊ in se: solummõ ꝓgnoscit ꝑ reflexionẽ ⁊ indirecte Minor Rationalis aia ꝑ actũ intellect⁹ possibil' ⁊ spẽm ĩtelligibilẽ: habere ꝑt suũpius ⁊ coꝝ q̃ sunt in ipsa sufficiẽtez cognitõem Cõclusio. Aia humana cognoscit res ꝓtingẽtes ⁊ futuras reflexe: ꝑt etiaz in hac vita se ⁊ ea q̃ sunt in ipsa ꝓgnoscere.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

Maior paret. qz est par rō de ꝓtingentib⁹ ⁊ singularibus. qz cōtingens dr quod potest esse ⁊ nō esse. sed potēcia ad esse ⁊ nō esse radicatur in materia que est causa indiuiduatōis. Sed singularia solum ꝓgnoscunt ab intellectu reflexe. quando scz intellectus compat spēs intelligibiles ad fantasmata partis sensitiue. ergo etiaz reflexe cognoscit futura Minor probatur. qz intellectus possibilis ipsius anime efficit in actu p speciem intelligibilem a fantasmate abstractam p intellectum agentem. ⁊ ꝓpletur talis actualitas p actum intelligēdi ꝓsequentē talem spēm. sed aliquid efficitur actu intelligibile p hoc q̄ est in actu ⁊ a materia separatum. ergo p spēm intelligibilem. ⁊ actum intelligendi sibi ꝓiunctum omnia que sunt in parte intellectiua ⁊ etiam ipius aīe essentia vendicant sibi sufficientiam. vt ab intellectu ꝓgnoscantur. Et hoc ꝓtingit dupliciter. vno mō particulariter fm q̄ sortes vel plato percipit se habere animam intellectiuam vl aliquē habitum intelligendi ex hoc q̄ percipit se intelligere. Et ad illam ꝓgnitionem sufficit ipa mentis ⁊ habitus presentia que sunt principia actus. Alio mō in vniuersali fm q̄ naturam humane mētis ⁊ rōem habitus ex actu intellectus ꝓsideramus ⁊ ad illam ꝓgnitōez requiritur subtilis ⁊ diligens inquisitio Pro quo nota q̄ primum quod intellectus noster cognoscit est suū obiectū. scz quidditas rei materialis. deinde cognoscit eius actū ꝓsequenter autem intelligit potentiam habitum ⁊ cētiam anime. Dico aūt habitum nō solum ipius potētie intellectiue. sed etiam volūtatis. quia quicquid est in pte intellectiua est ibi intelligibiliter. quod phs in h̄ libro insinuans dicit q̄ voluntas est in ratione Correlariuz p̄mum. Intellectus humanus non habet scietiam circa res ꝓtingentes ⁊ singulares fm q̄ tales: habet tamē de eis veram sciam fm suas rationes vniuersales. Patz p̄ma pars. quia ꝓgnitio contingentium ⁊ singulariuz fm q̄ huiusmodi propte est sensualis. sed scientia est habit⁹ intellectualis Secunda pars probat. quia contingentia et singularia possunt ꝓcipi ab intellectu fm q̄ rep̄sentantur in suis rationibus vniuersalibus relictis conditiōibus indiuiduantibus. ⁊ hoc mō de eis haberi potest scia

Correlarium secūdum. Nō est similis modus intellectōis anime humane: quo ad seipam ⁊ substātie separate. Patet quia substantia separata naturali cognitōe p prius cognoscit essentiam suam q̄ aliquid aliud. ecōtra vero contingit de anima humana que p prius ꝓgnoscit obiectum. deinde actum. ꝓsequenter se ⁊ alia que sunt in se ipsa Ad rationes quid sit dicendū patz satis clare ex dictis bene intellectis.

Quoniaz autem aīa fm duas diffinita

Querit primo. Utrum

in aīa rōnali sit ponenda duplex potentia appetitiua ab alijs potentijs realiter distincta Pro parte affirmatiua est philosophus in hoc tercio de anima. vbi distinguit duplicez appetitum. ⁊ dicit q̄ appetitus superior mouet inferiorez Etiam in secundo de anima distinguit appetitum ab alijs potentijs. Sed pro parte negatiua arguitur. q̄a potentie non diuersificantur per differentias accidentales. sed accidit appetibili q̄ sit apprehensum per sensum vel intellectum. ergo appetitus sensitiuus ⁊ intellectiu⁹ non sunt diuerse potentie. Secūdo sic. ad ea que sunt communia animatis ⁊ inanimatis nō est aliqua potentia anime assignanda. sed appetere est commune animatis ⁊ inanimatis. igitur. Minor probatur. quia bonum est quod omnia appetunt primo ethicorum Tercō sic potentie distinguuntur fm obiecta. sed idem est quod cognoscimus ⁊ appetimus. ergo vis appetitiua nō est alia ab apprehensiua.

Maior. In vno et eodem sunt plures appetitus: quorum vnus est idem cum ipsa re ⁊ alius distinctus. Minor. Appetitus sensitiuus ⁊ intellectiuus potentie realiter distincte: insunt rationali anime Conclusio. Ponenda est igitur in rationali anima duplex potentia appetitiua: distincta ab alijs potentijs et ab anime essentia

Patet maior. quia ipsa essentia anime fm seip̄am habet aliquam inclinatōem scz naturalem. ⁊ principium illius inclinatōis est met ēntia anime. sicut grauitas est p̄ncipium inclinatōis deorsum. Deinde habet appetitum altioris ordinis qui sequitur formam acceptam fm esse immateriale. ⁊ fm hoc ponitur potētia intermedia inter essentiam ⁊ inter ipsum actum inclinatōis. immo ⁊ ipsa met potētia appetitiua habet inclinatōem fm ꝓpriam suā essentiam. scz ad bonum sibi conuenēs. ⁊ habet aliquaz inclinatōem p formam sibi cognitiue ostensam. qui appetitus dicitur ꝓgnitiuus ad differētiam appetitus naturalis qui ponitur inferioris ordinis Minor ptz. quia sicut appetitus cognitiuus ponit distingui ab appetitu q̄ communiter in rebus nō cognoscentibus dicitur naturalis. ⁊ talis appetitus cognitiuus ponit potioris conditionis q̄ appetitus solum naturalis. Sic pari mō. q̄ in parte sensitiua forma rei apphense est in potentia organica. scz in parte intellectiua est sine organo ⁊ separata a p̄ncipijs indiuiduantibus. constat ergo euidenter q̄ appetitus intellectiuus est euidentioris ordinis ⁊ distinctus ab appetitu sensitiuo. Conclusio patz. quia in anima rationali reperitur forma actuata in apprehensione sensitiua ⁊ intellectiua. ergo oportet ibidem inueniri inclinationem proportionatam huiusmodi forme. sicut ergo ponit potentia apprehendens talem formā distincta ab anime ēntia. ita ponenda est potētia ab essentia anime distincta ad quam pertinet inclinatio consequens huiusmodi formam. Correlarium. appetitus sensitiuus semp est ad bonū vle: intellectiuus vero est directe in id q̄d est vle Patz ex ꝓditione formarū apprehensarum a q̄bus resultant inclinatōes in ipsis potētijs appetitiuis. sensus em solū cognoscit singulare. ⁊ intellectus noster solū directe vle. licet reflexe cognoscat singulare. Et ita ꝓportionabiliter est de appetitu intellectiuo. Ad rōes. ad p̄mā dr q̄ apphensum nō accidit appetibili sed p se ei ꝓuenit. ⁊ q̄ fm drñam apphensorū. sicut fm ꝓpria obiecta distinguuntur potentie appetitiue Ad secūdam dr q̄ verus ꝓbat de appetitu naturali. scz vltra illū in cognoscentib⁹ ē potētia appetitiua ab ēntia aīe realiter distincta Ad terciam dr q̄ illud q̄d cognoscim⁹ ⁊ appetim⁹ est idē subiecto. scz drñs rōe. qz aliq̄d apphendit vt ens sensibile vel intelligibile. sed appetit vt ꝓueniens aut bonū.

Queritur secūdo Utrum in parte sensitiua q̄ nata est rationi obedire: sint due appetitiue potentie.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

Pro parte affirmatiua tã suppositi q̃ quesiti est philosophus in littera. Etiã dicit Damascenus q obedies et persuasibile ratõi diuiditur in concupiscentiam t irã. In super Gregorius Nycenus t Damascenus ponũt duas vires. scz irascibilem t concupiscibilem ꝓtes appetit⁹ sensitiui Sed pro parte negatiua arguit. quia qd̃ obedit alicui nõ repugnat ei. sed pars sensitiua repugnat rationi. ergo nõ obedit ei. Minor probatur. q: dicit apostolus ad Rhomanos septimo. video aliam legem in mẽbris meis repugnãtem legi mentis mee. Sedo sic. eadem potentia est vnius cõtrarietatis. vt probat secũdo de anima. sed ꝓueniens t nociuũ sunt ꝓtraria. ergo erũt obiectum vnius potẽtie appetitiue.

Maior Appetitus sensualis: natus est obedire imperio rationis. Minor. Sensualitas siue appetitus sensitiuus: est conuenienter per concupiscibilem t irascibilem sicut per duas potentias diuisus Conclusio. Sũt igit concupiscibile t irascibile spẽs appetitus sensitiui: qui natus est obedire rationi

Pro ipsius maioris declaratione est aduertendus q in ratione ponũtur duo. scz ipa potentia intellectiua que dicitur ratio per essentiam. t ipa voluntas que dicit appetitus intellectualis. Similiter in appetitu sensitiuo duo ꝓsideranf. scz eius proprius actus eis immanẽs t executio motiua membroꝝ vt possit assequi suum appetibile. Quantũ igitur ad pmum actum appetitus obedit potẽtie intellectiue inquantũ appetitus natus est moueri a virtute sensitiua interiori. t ipsa virtus sensitiua interior nata est moueri t dirigi fm rationem vniuersalem. sicut in syllogismis ꝓclusiones ꝓcluduntur ex propositõibus vniuersalibus. quod quilibet in seipo experiri potest. q̃a applicando aliquas vniuersales considerationes mitigatur ira aut timor. vel etiam instigatur. vnde intellect⁹ distincta intellectiõe vniuersaliter apprehendit et iudicat sed reflectendo se supra sensum cognoscit singulariter. et fm hoc influit parti sensitiue formam sui iudicij. Similiter appetitus sensitiuus quantum ad actum executiõis obedit rationi quantũ est ex parte volũtatis. nam in brutis posita inclinatõe appetitus sensitiui statim fit executio. sic autem non fit in homine. quia nisi voluntas ꝓsentiat implicite vel interpretatiue nõ fit executio ad persecutionem vel fugam obiecti appetitus sensitiui Et ergo dicit Arestoteles in isto tercio q appetitus mouet appetitum. s. superior inferiorem. sicut in celestibus spera mouet speram. quia spera primi mobilis mouet omnes alias speras inferiores Minor probatur. quia sicut in rebus naturalibus inuenimus q naturaliter habent inclinatõem ad suum conueniens t fugũt suum disconueniens. t resistunt his q̃ impediũt talem inclinationem. multo magis oportet hos duos actus ꝓcedere rebꝰ cognoscentibus. sed nõ possunt huiusmõi actus reduci ad idẽ principium partis sensitiue. ergo oportz ponere duas potentias appetitus sensitiui. scz irascibilem t concupiscibilem. Minor patet tripliciter. pmo ꝓter diuersitatem obiectalem. q: obiectũ appetitus ꝓcupiscibilis est bonũ vl malũ sensibile absolute sumptũ. sed obiectũ ipsius irascibilis est malũ vel bonũ sumptũ cũ arduitate. Sedo. probatur. q: passiones ipsoꝝ appetitiuũ plerũq̃ repugnant. nã ꝓcupiscẽtia accensa minuit iram. t ira accensa minuit ꝓcupiscentiã Tercio patz. quia interdũ anima tristibus se ingerit ꝓtra inclinatõem ꝓcupiscibilis. vt fm inclinatõem irascibilis impugnet ꝓtraria. Et propter hoc omnes passiones irascibilis incipiũt a passionibꝰ ꝓcupiscibilis t in eas terminanf. Sicut ira nascit ex illata tristicia. et inferens vindictã terminat in leticiã Conclusio patz ex pmissis Corrolariũ. in potẽtijs partis sensitiue nõ est in subiecto tãta drãtia: quantũ ab inuicem drãt in potentiaꝝ essentia. Patet q: hmõi potentie in parte sensitiua drãt realiter ab inuice tã appetitiue q̃ cognitiue. t tamen organo t subiecto coincidũt ꝓportionabiliter loqndo. Sicut ꝓcupiscibilis ponit in virtute sensitiua interiori que ex sensu ꝓcipit absolute delectatõem vel tristiciaꝝ Irascibilis vero ponit in organo estimatiue vel cogitatiue. t ideo irascibilis est supior potẽtia q̃ ꝓcupiscibilis

Ad rões. ad pmam dr q ps sensitiua in aliquo repugnat rõi t in aliquo obedit. in signũ cuius ratõ principatu illis potẽtijs principatu politico t nõ despotico. t ergo pñt quandoq̃ reniti rõi Ad sedam dr q vis concupiscibilis est ꝓueniẽtis t incõueniẽtis vt pbat argumentũ. sed irascibilis est ad resistendus inconueniẽti. qd̃ impugnat. t ergo ponit spẽalis potẽtia.

Querit tercio Vtrus in regno rõnalis aie: intellectus sit potentia nobilior: volũtate Pro pte affirmatiua est ph's in decimo ethicoꝝ. vbi ponit altissimam potẽtiã esse intellectum. Sed, p pte negatiua arguit pmo. illa potentia est nobilior que est liberior. sz volũtas est liberior intellectu. igit. Minor. pbatur. q: volũtas nõ põt cogi cũ sit p essentiaꝝ littera. sed intellectus cogitur a pmis pncipijs.

Sedo sic. fm Bernarduꝝ volũtas est nobilissima potentia existens dña t regina in regno aie.

Maior. Appetitus intellectiuus siue volũtas: est ptis intellectiue vna t indiuisibilis potestas. Minor. Bonum habet dignioremrationem q̃ verum: non tamen ex hoc voluntas sibi vendicat dignitatem supra intellectuꝝ Conclusio. Simpliciter t absolute intellectus est altior potẽtia q̃ appetit⁹ intellectiuꝰ: licet vterq̃ sit vtriusq̃ suo mõ motiuus.

Ptz maior. q: iuxta regulã m grãlẽ potẽtia q̃ fert in obiectũ fm cõem rõem nõ diuidit fm rões spẽales potẽtas sub illa cõi rõe obiecti. sz volũtas fert in bonũ sub rõne vlis boni. q̃ ꝓticulares rões boni. s. bonũ absolute sumptũ vel bonũ cũ arduitate nõ pñt distinguere appetitũ intellectuũ Maior. pbatur. q: spẽalia accedunt q̃dam mõ cõi. Verbi grã. visus habet colorẽ fm cõem rõnem coloris. p obiecto. t ideo nõ diuidit fm rõem albi t nigri. sed si visus eẽt circa album sub rõe albi. tũc distingueret a visu q̃ esset circa nigrũ sub rõe nigri. Nec mirandũ ẽ. q: ceteris paribꝰ sp eadẽ in supioribꝰ fũt p paucioꝝ q̃ in inferioribꝰ fiunt p plura Minor. pbat. q: intellect⁹ excellẽti⁹ se hz circa ipm bonũ q̃ volũtas. q: volũtas se hz sicut mota a tali obiecto. sz intellect⁹ se hz p modum diudicãtis t presentantis ipi volũtati hmõi obiectũ. quemadmodũ legislator dictãs leges se hz vt architector respcũ ꝓpli directi p talẽ legẽ. Et rursus siẽ verꝝ est q̃dã bonũ rõne cui⁹ volũtas pt mouere intellectũ. ita eꝯ bonũ est q̃dãꝝ verꝝ t ex ea pte bonũ hz iferioritatẽ respcũ veri. q: sp potẽtia t habit⁹ q̃ versant circa aliquã vtem rõeꝝ obiecti mo

uentur supereminent sup potentiā ⁊ habitum q̄ versant circa ꝑticulare obiectum contentum sub hmōi vniuersali rōe obiecti Conclusio quo ad ꝑmam partem patet ꝑmo sic.quia obiectū intellectus est absolutius simplicius ⁊ spiritualius loquēdo simpliciter q̄ obiectum volūtatis Et ergo actꝰ volūtatis ꝓpletur per hoc q̄ appetitꝰ coniungitur ad rem fm q̄ in se est.sed actus intellectus complet per hoc q̄ ipsa ratio seu similitudo est in intellectu et ita simplr loquendo obiectū intellectus est absolutius q̄ obiectum appetitus.sed eadem est ꝓportio obiectorū et potentiarum.igit. Ptz secdo.qz in ordinatis per se qd̄ est primo propinquus est in omnib⁹ sibi similius. sed potēcia intellectiua emanat naturaliter ꝑ us ab ipa cētia aie q̄ voluntas.⁊ p consequēs accedit in dignitate plus ad essentiam aie q̄ voluntas.Secūda pars ꝓclusionis ptz quia intellectus mouet voluntatē p modū ꝓesentantis sibi suū obiectuz.⁊ dr motio in genere cause finalis.sz voluntas mouet intellectum p modum cause agētis.quia mouet intellectum ad executionē sui actus. Et hoc ideo est quia ꝓpletio voluntatis fit p realem assecutōem rei sibi ostense.⁊ ideo mouet alias vires ad executōnem.sed opatio intellectus complet in ipsa interiori appḣensione rei Correlarium.Contingit eādem potēciam respectu diuersorum:habere modū opandi oppositum. Patet qz eadem potentia que est volūtas vult quedam libere et ꝓtingenter.⁊ in q̄dam ferrur tendencia naturali tanq̄ determinata ad vnā partem oppōis. Et huius sile etiaz patz apud intellectū.quia circa principia intellectus ē determinatus.sed circa ꝓclusiones q̄ vel nō habent necēriā ꝓnexionem cum ꝑmis ꝑncipijs vel vbi ꝓnexio non est sibi euidens ibi intellectus nō est determinatus ad alterā ꝑtem assensus.sed eadem rō est in speculatiuis ⁊ agibilibus vt dr secūdo phisicoꝝ. Ad ratōes.ad ꝑmam dr q̄ hinc inde ē equalis libertas.vt ptz ex correlario Ad secdam dr q̄ voluntas est nobilissima quando ꝓparat ad sensualitatem. Etiam ē nobilissima in genere moruz. qz ipsa meremur ⁊ demeremur.sed non simplr Nec obstat q̄ est regina ⁊ domina .quia intellectus est rex ⁊ dñs.

Specie quidem igitur vnū erit mouēs ap.

Queritur Vtrum potentia localiter motiua ⁊ liberū arbitrium: ponant distinctōem in numero potēciarum. Pro respōsiōe notandum q̄ fm Arestotelem tercius gradus viuentium est eorum que st fm locū motiua.sz quorūdam opinio est diuersa a qua potentia procedat motio localis. Similit q̄uis cōmuniter concedat q̄ in hoie sit liberū arbitrium tm nō eadem omnū est sententia q̄d nomine liberi arbitrij ꝓportetur. Et de his duobus videbitur in ꝓesenti quesito.

Maior.Potentia motus localis imperatiua:est appetitus ⁊ intellectus vel fantasia.

Minor.In corde fm q̄ continuatur alijs membris:est potentia executiua motus localis Conclusio.**Potentia localiter motiua pertinet ad distinctam potentiam vno modo:sed non ponit in numerum potentiarum loquēdo modo alio.**

Patet maior.quia illud est ꝑncipium imperatiuum motus quod sequitur omnia illa que mouentur sz omnia que mouentur localiter vel sequuntur appetitum intellectiuū ⁊ intellectum.sicut homines viuentes fm rōnem vel sequunt appetitum sensitiuum ⁊ fantasiā.sicut bruta et hoīes derelinquentes rationem.ergo illa tria sunt sufficiens principium imperatiuū motus localis. Maior patz.qz ex hoc q̄ aliqua sequūtur principium imperatiuū motꝰ.sic executiue mouent. Verbi grā ex hoc q̄ intellectus cognoscit aliquod bonum ⁊ volūtas imperat illud sic sequitur vlterius executio motus p membra exterior. Et similiter si brutum ꝓgnoscat aliquod bonum sensibile.tūc statim sequitur motus localis ad prosecutōem talis boni nisi aliquis impediat.⁊ ergo in illis appetitus sensitiuus cum virtute cogitatiua sibi consocia causant motum localem. Est tamē verum q̄ plrs exprimit soluz duo principia motus localis.s.intellectum ⁊ appetitum sed sub intellectu comprehendit fantasiam. Sed q̄ fantasia sit specialiter principium motus patet duplr. ꝑmo quia multa animalia ꝑeter scientiam.id est iudicium intellectus practici sequuntur fantasias. Patet secūdo. qz in alijs animalibus in quibus non est intellectus nec ratio.sed fantasia in illis est motus localis. ergo fantasia ē principium motiuum.⁊ continetur sub intellectu Minor probatur.quia in illo est principium executiuum motus.quod est principium ⁊ finis motus.sed cor est principium ⁊ finis cuiuslibet motus in animali.ergo potēcia localiter motiua est in corde. Maior patet.quia cor habz duplicem motum.sz gibbosum.i.conuexum ⁊ concauū et ideo habet motum sicut glingismus.id est circularem ⁊ fm vnum motum.s.concauum est finis.⁊ fm aliū motum est principium Et dicitur notanter.fm q̄ continuatur alijs membris. quia in corde fm se non est potentia localiter motiua. Et ergo fm aliquos organum huiꝰ potentie dicitur oriri a posteriori parte cerebri ⁊ descendere p spondiles dorsi.⁊ sic consequenter per alia membra non obstante q̄ ꝑma ⁊ radicalis origo sit a corde Cōclusio patet.quia ad motum localem animalem requiritur quedam vis executiua ipius motus localis cui subseruiūt dispositiones organice in neruis ⁊ musculis.⁊ ꝓter indispositionem huiusmodi requisitorū deficiunt plerq̄ a motus localis executione. Sed alio modo ad motum localem concurrit virtus imperatiua.⁊ sic appetitꝰ intellectiuus seu volūtas ⁊ intellectus in homine.in brutis vero appetitus sensitiuus cum virtute cogitatiua sibi coniuncta causant motum localem. Si igitur loquamur de potentia motiua quantum ad virtutem executiuam motus. sic est specialis potentia ab alijs distincta. sed si loquamur de ipsa quantum ad imperium motus. sic non ponit in numerum potentiarum. Et ergo vt sic iuxta quesitum non distinguuntur potēcia localiter motiua ⁊ liberum arbitrium.eo q̄ liberum arbitrium identificatur cum voluntate.et sic liberum arbitrium est potēcia tm ⁊ non est habitus.neq̄ est potentia cum habitu.

Correlarium.liberum arbitrium est quedam potentia:eadem cum appetitiua volitiua.patet quia electio ꝓprie pertinet ad liberum arbitrium.sed primum obiectū electionis est ordinatum in finem.⁊ per consequens obiectū electionis est bonum.sed potentia que libere inclinatur in bonum est appetitus qui dicit voluntas.igitur tē Et hec est sententia phi tercio ethicoꝝ.

Vegetabilem quidē igit aiam necē habere

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Queritur Utrū necesse sit omne viuū: habere aiam vegetatiuā ⁊ sensum

Pro parte affirmatiua ꝓmi. ⁊ silr ꝑ parte negatiua sedi est phs in littera. Sed q̃ scōm etiā sit affirmatiue tenendū arguit ꝓmo sic. omne viuens ad sui ꝓseruationem indiget alimento ꝓportionato ⁊ conuenienti. ergo necē est oē viuens habere virtutem ꝑ quā discernit ꝓueniens a discōueniēti. sed talis ꝓtus est a sensu. igit. Secdo sic. ad sensum reqrit ⁊ sufficit media ꝓportio qualitatū tangibilium. sed omne viuens ꝓsistit in quadā ꝓportione media q̃litatū tangibiliū. cū omne tale sit mixtum. g̃ necē est omne viuens habere sensum

Maior. Omne viuum generabile ab initio generationis vsq; ad eius corruptionem: necē est habere aiam vegetabilem Minor Nihil ꝑhibet quedam viuentia habere corpa virtute simplicia: quibus repugnat potētia sensitiua

Conclusio. Licet igit sensus sit necessarius omni animali: non tamen necessario inest cuilibet viuenti.

Maior probat. q̃ omne viuens generabile q̃diu viuit vel est in augmento vl status vel decremēto. sz ista nō possunt fieri sine nutrimēto qd̄ requirit virtutē nutritiuā et aiam vegetatiuā. g̃ necesse est omne viuum tale habere aiam vegetatiuā. Minor probat. q̃ opz q̃ tpe augmenti plus ꝓuertatur de alimēto in subam aliti q̃ ꝑ sit necārium ad ꝓseruationem viuentis ⁊ q̃ ꝑ fuerit deperditum. de humido radicali ⁊ tpe status ꝓuertitur equale. sed in decremento minus. sz ista ꝓuersio fit per virtutē nutritiuā que pertinet ad aiam vegetatiuā. Et dr notanter. generabile. q̃ vita ingenerabiliū his nō indiget Minor pz exemplariter de plantis q̃ ꝓpter terrestreitatem nō habēt mediā ꝓportionem q̃litatū primariū quare dicunt habere corpa simplicia. Etiā plante nō hnt corpa multiplicit organisata. ergo dicunt viuentia simplicia. Sz q̃ illis repugnet sensus ꝓbatur. q̃ sensus tactus sine q̃ nō est alius sensus nō pōt esse in corpe simplici. sed plāte sunt corpora simplicia. aut ad minus ꝓpinqua simplicib̄ vt ꝓbatum est. g̃ in eis nō est sensus tactus. ⁊ ꝑ ꝓsequēs nec alius sensus. Maior ꝓbatur. q̃ tactus est media ꝓportio qualitatum tangibiliū qua carēt corpa simplicia. sicut sz ossa vngues capilli ⁊ plante. quor quodlibet est terra a domino. g̃ etiam carent tactu. Etiam sensus tactus est susceptiuus spērum sine materia. sed plante ꝓpter terrestreitatē earū nō suscipiūt spēs sine materia. ergo nō hnt sensum tactus Prima ps ꝓclusionis ꝓbatur. q̃ illud est necārium cuilibet aiali sine quo nō pōt ꝓtingere ad finem suū. sed sine sensu aial nō potest ꝓsequi finem. igit ⁊c Maior ꝓbatur. q̃ res sine fine suo est frustra. sz natura nihil facit frustra cū omnia opa nature sint ꝓpter aliquid vel accidūt his que ꝓpter aliquid sunt. Minor ꝓbat duplicter. ꝓmo de aialibus perfectis motū progressiuū habentibus. vt querāt nutrimentū ab eis localiter remotū que sine sensu progredi nō possunt sine corruptiōe. Secūdo patz de aialibus imꝑfectis in eodē loco manentib̄ ꝓpter nutrimentū eis ꝓiunctū que hnt sensum ꝓceptiuū nutrimenti ꝓueniēntis ⁊ discōueniēntis ⁊ discretiuū saluatiui ⁊ corruptiui. Secūda pars ꝓclusionis pz ex dictis Correlarium. necesse est quodlibet aial habere sensum tactus: qui solus est omni aiali necessarius. Pz q̃ excellentie sensus tactus corrūpunt aial. sed excellētie aliorum sensuum ꝑ se nō corrūpunt aial. licet bene corrumpant organa suorum sensuum. ergo nō sunt necārij omni aiali. licet sint de bene esse in omnibus illis que mouētur motu progressiuo. q̃ visu auditu ⁊ olfactu ꝓcipiunt alimentū. sed gustu percipiūt delectabile vel triste in cibo. Dicitur per se. quia per accidens excellētie aliorum sensibilium possunt corrūpere aial. sicut si cuz sono fierz magna ꝓmotio aeris sicut accidit in tonitruo. Silr etiam multa aialia visibilia venenosa aialia corrumpūt Ad rationes. ad ꝓmam dicitur q̃ plante quia nascunt in terra sic habent alimentum sibi conuictum. ⁊ ergo nō indigent sensu ad discernēdum conueniens a disconueniente. quia terra cui conuīgunt plante habet qualitates similes qualitatibus ipsarū. nec possunt ita facilter corrūpi excellentijs qualitatū sicut aialia. Ad secūdam dr q̃ in plantis non est medietas qualitatum sufficiens ad fundandū sensum tactus. cuius causa fuit superiꝰ tacta

Et in hoc finitur explanatio huius libri de anima in questionibus magis visitatis.

Positiones ad opponendum ⁊ respondendum per q̃ ꝑ necessarie circa octo libros phisicorum ⁊ tres libros de anima Arestotelis comatice congeste. ex scriptis post se relictis diuersorum artium ⁊ sacre pagine professorum qui suo euo bursam Montis felicissime rexerunt. videlicet magistri nostri Henrici Gorychem. magistri nostri Gerardi de Monte. magistri nostri Gerardi de Elten magistri nostri Henrici de Orsoe. quor fama in vniuersitate Colonienſi ꝓcelebris est ⁊ immortalis. ac tandem fini doctrinam diui Thome Aquinatis. ⁊ iuxta ꝓcessiz magistri nostri Lamberti de Monte summa lucubratiōe impresse. Finiūt fauste. Anno salutis. M.cccc. xcuij die .xvi. Maij.

LANDES- UND STADT- BIBLIOTHEK DÜSSELDORF

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf



Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf